

El Catàleg de la Biblioteca lul·liana del Convent dels Franciscans de Mallorca, pel Dr. A. GOTTRON, prev.

Segons una manifestació del bibliotecari Dr. Heidenheimer, abans de la guerra va ser a Magúncia un erudit espanyol, el qual cercava obres lul·lianes i el catàleg de fra Rafael Barceló. Llavors, però, la Biblioteca acabava d'ésser traslladada des del Palau dels Electors al nou edifici, i era impossible trobar res en aquella confusió de llibres i manuscrits. Quan en 1914 vaig anar-hi a escorcollar les biblioteques per a la bibliografia lul·liana, aparegueren valuosos manuscrits i impressions en la Biblioteca del Seminari, i el catàleg de fra Barceló en la Stadtbibliothek.* La meua germana, la Sra. Bàrbara Marfilius i el meu germà Carles, m'ajudaren en la transcripció, i els en soc ben reconegut. El Dr. Jordi Rubió va pregar-me que el publicqués en aquest BUTLLETÍ. En el pròxim nombre del mateix, apareixerà el seu comentari.

Darmstadt, 11 de gener de 1924.

INDEX

OMNIUM VOLUMINUM, OPERUM DIVI RAYMONDI LULLI, DOCTORIS COELITUS ILLUSTRATI, CHRISTIQUE MARTIRIS INVICTISSIMI, IN BIBLIOTHECA REGALIS CONVENTUS S. P. N. FRANCISCI MAJORICARUM REPERTORIUM.

Primum volumen

In folio papireo, continet 12 tractatus seu libros differentes manuscriptos characterere fere moderno claro et intelligibili idiomate lemoviensi, vulgo, *en llengua llemosina*; stylo poëtico.

Liber primus.

Est de centum nominibus Dei, alias, Psalterium, cujus titulus sic legitur ibi: *Deus ab ta virtut comença aquest llibre, qui es dels cent Noms teus*. Ponitur Prologus ora-

* El ms. porta avui la indicació: Hdschr. II. 438.

tionem soluta, et incipit : *Com la Sarrayns entenen provar etc.* Finitur vero sic : *Esi lo en alguna cosa erre en aquest llibre contre la Fe, sotmet lo dit llibre a corriccio de la santa Esgleya Romana.* Sequitur motivum scribendi, et totius libri divisio, etiam oratione soluta; et incipit : *Los Sarrayns dien, que en l'Alcora etc.* et finitur sic : *E la major difficultat posar tan subtil materia en Rims que no es posar l'Alcora en lo dictat, que es posat.* Totus liber dividitur in centum titulos, quos auctor vocat : *Rubriques*, latine, *rubricas*. In quolibet titulo inscribitur unum Dei nomen in casu vocativo : *O Deus! O Essential!* etc. sub quolibet titulo ponuntur decem strophe, seu cantiones, quas Auctor vocat *Versos*, et constant tribus carminibus inter se consonantibus ut videre est in ista sub primo titulo : *O Deus!* contenta:

*O ens Divinal, tu est Deu per obrar,
que en tu has axi com est Deu per estar,
per que en tu null accident pot estar.*

Stropha, seu cantio ultima contenta sub titulo, seu rubrica centesima, que est ultima, et intitulatur : *O Fil!* sic habetur:

*A llas tant hom veig desviar
de la fi, car no vol honrrar
Deus, qui prega tant solament de amar.*

Sequitur totius libri conclusio, et continet 4 strophas seu cantiones similes precedentibus. Prima sic incipit : *Finit es aquest bon dictat;* ultima vero sic finitur : *Es fet à vostre honrrament.* Tandem sequitur quedam repetitio, quam Auctor in principio Libri monet repetere in fine cujuslibet Rithmi, seu tituli, et rubrice sicuti versus : *Gloria Patri* etc. repetitur in fine cujusvis Psalmi; hujus repetitionis titulus sic inscribitur : *La llaor de cascun Psalm;* et sic incipit : *llaor, è honor etc.;* sic autem finitur : *Glorificacio en Resurreccio. Amen.* Totus autem liber continet 44 folia, et fere dimidium pagine. [1]

Libre secundus.

De septem horis officii Virginis Marie, cujus titulus sic habetur : *Deus en vostre virtut comença Ramon aquestes hores de nostre Dona Sancta Maria, è cantense all so dels hymnes.* Preponitur Rithmus proemialis, et totius libri divisio constans 28 carminibus, quorum quilibet duo inter se consonant; duo primi sunt isti:

*A honor del señor major.
Jesu Christ, vull far per sa amor.*

Duo vero ultimi Versus sic habentur.

*De santedat perpetual
En gloria celestial.*

Postea sequitur preparatio ante quamlibet horam facienda, et intitulatur sic : *De la confesio, que hom deu fer a cascuna hora ans que la diga;* sic autem incipit:

*A vos mayre de pietat,
me confes de tot mon peccat.*

Continet autem duodecim Versus, quorum duo ultimi sunt isti:

*Ave Maria alegremen
diga hom al comensamen.*

Totus liber dividitur in septem horas, scilicet, Matutinum, Primam etc. quolibet hora partitur in septem rithmos seu orationes, quarum quolibet constat duodecim carminibus; Matutinum incipit sic:

*Es un Deu, é una Dona,
qui sobre totes es bona.*

Completerium sic finitur:

*No fa oracio lleyal
ans ho te la Dona à mal.*

Sequitur finis totius libri qui sic intitatur : *De la fi de aquest llibre* et continet hos quatuor Versus:

*Les set hores son finides,
è per Ramon proferides,*

*A la dolça Dona de amor
pregon per ell ly peccador.*

Totus autem liber continet terdecim folia, et fere dimidium pagine.

[2]

Liber tertius.

De oratione per regulas Artis Lulliane, sic intitatur : *De oracio per les regles*. Ponitur rithmus proemialis libri divisivus, et continet 20 versus; duo primi sunt isti:

*Vull departir Oracio
En nou maneres, è veus só.*

Isti sunt duo ultimi versus

*En tant que siam exoit
è ajut nos sant sperit.*

Dividitur autem totus liber in novem partes juxta regulas artis Lulliane, dempta prima regula *Utrum*, que hic non ingreditur. Pars prima sic intitatur : *De oracio que* et incipit sic:

*A vos éssencia de Deu,
do tot mi, é tot so quis meu.*

Pars nona, et ultima sic finitur:

*E quant vos pregare de re
quen pregar am mes vos que me.*

Sequitur conclusio totius libri, et est rithmus continens 14 versus; hi sunt duo primi:

*A honor del sant sperit
Ramon ha finit son escrit.*

Isti vero sunt duo ultimi:

*Sia Santa Maria dat
ê per sa amor sia amat. Amen.*

Totus autem liber continet 20 folia, et fere dimidium pagine.

[3]

Lib er q u a r t u s .

Desolatio Raymundi, sic legitur titulus : *Desconort de Ramon Lull*, continet 69 cantiones, quarum quilibet constat 12 carminibus ejusdem consonantie; quilibet versus constat 12 syllabis. Prima cantio videtur proemialis, et sic incipit.

Deus, ab vostre virtut, comens est desconort,

finitur autem sic:

que res no veig, ne auig d'hon me vinga confort.

secunda cantio que videtur esse initium desolationis sic incipit:

Quand fuy grans, è senti del mon sa vanitat.

Penultima cantio que est 68 sic finitur:

é á mi ajudats a avansar christiandat.

Ultima cantio que est 69 videtur esse operis conclusio et sic incipit:

Fenit es lo desconort que Ramon ha escrit,

sic autem terminatur:

Aquest bell desconort do al sant esperit.

Sequitur tempus compositionis operis, sic : *Fo fet à gloria, è à llaor de Nostre Senor Deu en l'any mil docents noranta sinc.* Totus autem liber continet 14 folia paulo minus.

[4]

Lib er q u i n t u s .

Planctus Virginis Marie, sic intitulatur : *Plant de la Verge Maria*. Continet 32 cantiones similes illis libri 4. In prima proponitur motivum planctus, et sic incipit:

Anava ab gran gaug la Verge Maria

sic vero terminatur:

seu per compra de mort, car per nos moria.

Cantio secunda est planctus initium et sic incipit:

Judes escariot, tu has mon fill venut.

Penultima cantio, que est 31 sic terminatur

perque eu te prec fill, quem vulles de ell perlar.

Ultima cantio que est 32 est operis conclusio, et sic incipit:

Finit es aquest plant, qui es tan doloros,

Sic vero terminatur:

A vos Verge Regina, coman est Xant d'Amors.

Totus autem liber continet 6 folia, et fere integram paginam.

[5]

Libre sextus.

Applicatio Artis Generalis ad speciales, sic intitulatur : *Aplicatio de la Art general a las specials*. Sequitur Rithmus proemialis et operis divisivus constans 18 versibus, qui bini et bini inter se consonant, et quilibet 8 syllabis constat, ut apparet in istis, qui sunt initium Rithmi proemialis:

*Deus glorios per vostr' amar
est Art General aplicar.*

Rithmus autem sic terminatur:

*et en las sis distincions,
fassam de cascuna sermons.*

Dividitur iste liber in septem partes, juxta numerum Artium specialium, quibus hic applicatur Ars generalis, nempe Theologiam, Philosophiam, Logicam, Jurisprudentiam, Medicinam, Rethoricam, et Moralitates sive Philosophiam moralem; quilibet autem istarum partium dividitur in sex distinctiones, et iste distinctiones aliquoties dividuntur in alias partes secundum figuras Antis. Primus titulus prime partis sic legitur:

De la primera distincio en Theologia; et sequitur Rithmus sic incipiens:

*Theologia es saber
ab lo qual de Deu, hom diu ver.*

Titulus vero ultimus septime et ultime partis, sic inscribitur:

De moralitat, et la sexta distincio.

cujus Rithmus sic terminatur;

*Saber en les causes Morals,
ab est Art, qui es Generals.*

Sequitur Rithmus, qui est operis conclusio, cujus titulus est iste : *De la fi d'est libre*. Rithmus autem sic incipit:

*Fini Ramon aquest escrit
a honor del sant esperit.*

et ponitur ibi locus, in quo opus fuit compositum, nempe civitas Majoricensis; et tempus nempe annus 1300 mense-Martio; sic autem finitur Rithmus:

*Al mes de mars es comanat
a la divina Trinitat. Amen.*

Totus autem liber continet 18 folia.

[6

Liber septimus.

De Concilio, habitur hic sine titulo: scopus hujus libri est excitare Fidelium animos tum Prelatorum secularium, tum Regularium, omniumque Principum Christianorum, Equitum, ac Religiosorum ut Consilium congregent pro terra sancta capienda quod prestat per 100 cantiones, quarum prima, et ultima tenoris sequentis:

Prima. *Un concili vull comensar
en mon coratge, e xantar
per so, que fassa enamorar
tots cells, qui ho podem far,
per Deu servir
e lo sepulcre conquerir
molt ho decir.*

Ultima. *Ramon tot so que pot far
per bon consili ordenar
ab la senyera, è preycar
aquells, qui poden ordenar
per gran amor,
è qui han la força major
per lo Senor.*

Postea auctor Deum exorat, ut corda Domini Pape, omniumque ad quos spectat, accendere dignetur, ut predictum consilium exequatur, quod prestat per quindecim cantiones premittendo repetitionem in fine cujuslibet cantionis reponendam; et est tenoris sequentis:

*Senor Deus pluja
per qu' el mal fuja
car peccat puja.*

Cantio Prima. *Senor Deu tal pluja donats
que en amor Papa, Prelats,
e lo gran nom vostre honrrats.
Senor Deus pluja,
per que el mal fuja,
car peccat puja.*

Cantio decima quinta, que est ultima totius libri, sic habetur:

*Ira es trista passio
d'ella no ve concell bo,*

*si al consili ha mayso,
lo consili no sera bo.
Señor Deus pluja, etc.*

Totus autem liber continet undecim folia, et integram paginam.

[7]

Liber octavus.

Canticum Raymundi Lulli cuius Titulus est : *Cant de Ramon Llull*, continet quatuordecim cantiones. Hec est prima:

*Som creat, é esser mes dat
à servir Deu, que fos honrrat,
é son caut en mant peccat,
en ira de Deu fuy pausat,
Jesus me venc crucificat
Volc que Deus fos per mi amat.*

Cantio decima quarta, que est ultima, sic recitatur:

*Mant Deus als Cels e'ls ellements,
plantes, e totes res vivents,
que no fassen mal, ni turments
d'hom Deus companyons, conexents,
devots, lleyals, humils, tements,
à procurar sos honrraments.*

Continet totus liber folium et integram paginam.

[8]

Liber nonus.

Probatio sanctissime Trinitatis: titulus autem sic preponitur : *Prova la Sancta Trinitat*, et ponitur Rithmus concinatus, cujus versus bini et bini consonant, ut videre est in his duobus qui sunt principium Rithmi:

*Contra la Santa Trinitat,
ha lo Demoni consej dat;*

finitur vero sic:

*De la Trinitat veritat,
tan que ne stan ben consolat.
Deo gratias. Amen.*

Totus liber continet duo folia, et integram paginam.

[9]

Liber decimus.

Ad serenissimum Regem Majorice Iacobum secundum; cur Deus precepit Adamo, ne comederet fructum, sciens ipsum transgressurum fore preceptum; ex qua transgressione tot hominum damnatio secuta est; sic preponitur titulus : *Doscents Rims al Sere-nissimo Rey Don Jaume Segon Rey de Mallorca etc. Perque Deu mana a Adam, que*

no menjas del fruit, sabent ell quen menjaria, y que d'aquis seguiria la damnatio de tans homens. Auctor quoslibet duos versus volat unum Rithmum : unde in hoc opere sunt 200 Rithmi, et 400 versus; isti sunt duo primi:

*Un senor Rey, qui ben senten,
se maravelle molt soven,*

Isti sunt duo ultimi versus, et ultimus Rithmus:

*lo qual vos senyer en amor
de s'amor a mi peccator.*

Totus liber continet folium, et fere integram paginam.

[10]

Lib er undecimus.

Probatio aliquorum Fidei Articulorum. Titulus sic legitur:

*A conexer Deus en lo Mon,
comens' al dictat de Ramon.*

Sequitur Rithmus proemialis et operis divisivus, cujus bini et bini versus inter se consonant, ut videre est in his duobus, qui sunt primi:

*A cells, qui diuen, que provar
hom no pot la fe, ni donar.*

Isti sunt duo ultimi versus Rithmi proemialis:

*Ara comensarem en axi,
per :::::::::::::::*

deficit ultimus versus. Dividitur liber in sex Articulos Fidei quos ibi probat Auctor. Articulus primus sic legitur : *Que Deus sia de necessitat*, incipit autem sic:

*Mays fan esser, è compliment,
que esser e, defalliment.*

Sed viditur sic corrigendi:

*Mays val esser, è compliment,
que no esser, è falliment.*

Totus autem liber sic finitur:

*A honor del Sant esprit
comencà è fini son escrit
Ramon en vinen de Paris
el comena a sant Lluís.
E al molt noble Rey d'Arago
Jacme en l'Encarnacio
De m.cc.lxxxx nou.*

Totus autem liber continet duo folia.

[11]

Liber duodecimus.

Fragmentum Tractatus quinque virtutum. Sic enim legitur titulus ibi : *Fragment del Trectat de les sinc virtuts*. Fragmentum istud dividitur in undecim capitula, quorum primum sic legitur : *De contricio Cap primer*, incipit autem sic:

*Contricio, confessio,
é la bona intencio.*

Tractatus iste videtur mutilus siquidem undecimum capitulum his paucis finitur carminibus.

Capitol 22

*Crueltat tan fort hay errat
per la vostra mala' mistat
Que quant penes ne consir
con vos ja mal servir
é hom sen ja vil tenir;
Molt men penet
con per vos he tant denalet.*

Et sic finitur totus liber duo continens folia. His duodecim libris seu tractatibus differentibus completur volumen primum. [12]

Volumen 2

In folio papireo continet unum tantum tractatum, qui intitulatur : *Arbor scientie*. Istud volumen est impressum caractere antiquo. De loco autem et tempore impressionis et impressionis sic habetur in fine voluminis : *Deo dante Arbor scientie Reverentissimi Magistri Raymundi Lull presens opus nuncupatum in nobili civitate Barchinone per Petrum Posa Presbitrum, et Cathalanum xxij Augusti anni m.cccclxxxij correctissime, fideliterque completum fuit. Deo gratias. Amen.*

In hoc volumine deficit primum folium, quare deficit titulus operis, qui communiter sic legitur in aliis exemplaribus : *Deus in virtute tua incipit Arbor Scientie*. Deficit et Proemium quod sic incipit in aliis exemplaribus : *In desolatione, et fletibus stans Raymundus*; et finitur sic : *Et per ista septem hujus libri processum tenere propono*. Deficit etiam alius titulus qui sic legitur in aliis exemplaribus : *De divisione hujus libri*. Unde et deficit fere tertia pars contenta sub hoc titulo. Folium vero secundum hujus voluminis sic incipit : *b', et sensitis, et de eorum sentire*. Sic autem finitur operis divisio : *per quos multi homines tamquam ceci in tenebris existunt*. Et concordat cum ceteris exemplaribus. *Liber iste (ut ait Auctor) in sedecim partes dividitur, ex quibus componitur Arbor scientie. Prima pars est de Arbore elementalī. Secunda de Arbore vegetali.* Etc. totum autem volumen completur 290 foliis. [13]

Volumen 3

Continet ipsum Arborem, est in folio impressum papireo idiomate latino caractere antiquo; locus, annus, et nomen impressionis et impressionis sic legitur in ultimo folio:

Ad laudem Dei completum fuit Barchinone per Petrum Posa xx Augusti 1505. Totum volumen completur clxxxj foliis, et integra pagina. [14

Volumen 4

Est aliud exemplar ipsius voluminis 3.

[15

Volumen 5

In folio impressum papireo charactere moderno idiomate Hispano, fuit impressum Bruxelle per Franciscum Poppens, impressorem, et librorum mercatorem Anno 1664 continet duos libros, seu tractatus lullianos.

Liber primus.

Introductorio del iluminado Maestro Raymundo lullio; traducido y explicado por el Teniente de Maestra de Campo General Don Alonco d Zepeda, y Adrado, etc. [16

Liber secundus.

Est arbor scientie ab eodem Zepeda translatus de latino, in Hispanum. Huic volumini prefigitur quedam utilis notitia gramatice et orthographie hispane. Simulque vita, et martirium Divi Lulli, una cum sententia diffinitiva in favorem doctrine lulliane, et Privilegiis Regiis pro eadem. Et tandem quedam cantio devotissima in laudem Sancti Raymundi Lulli, edita lingua hispana. [17

Volumen 6

Est in folium impressum papireo, idiomate latino, charactere antiquo per Didacum de Gumiel in inclita Civitate Valentie die xij mensis februarij Anno vero christiane salutis decimo quinto supramillissimum, ut dicitur in fine voluminis (Annus impressionis videtur erratus, et sic corrigendus : decimo quinto supra millesimum quingentissimum; prout apparet correctus in alio exemplari, de quo, volumine 7). Continet tres Tractatus, seu libros differentes, una cum indice plurium operum ipsius Auctoris misso ab Alphonso a Proaza fratri Dominico senensi Ordinis Minimorum. In fine vero voluminis extant : *Privilegia Catholica Aragonie Regum, ac potentissimi Ferdinandi Cesaris nostri semper invictissimi in favorem, et gratiam scientiarum, studiorum, et sequacium Divi Raymundi Lulli Doctoris illuminati.*

Liber primus.

Ars inventiva veritatis, cuius titulus sic legitur : *Deus potentissime, et benignissime, cuius sapientie, et amoris non est numerus, neque finis, ut te cognoscere sciamus, et amare; Incipit Ars inventiva. Et primo de Prologo, qui sic incipit : Ars presens ab arte demonstrativa descendit; finitur autem sic : Aliquoties enim contra nosmet dicere videmur; infra tamen manifestatur, quod non contradicimus nobis. Nunc igitur ad propositum accedamus. Sequitur titulus : De divisione hujus libri. Dividitur presens opus (ait auctor) in quatuor distinctiones; quarum prima est de figuris; secunda de conditionibus princi-*

piorum; Tertia de Regulis; quarta, et ultima de questionibus. Et prosequitur dans rationem predictae divisionis, sic finiendo : *sic intelligendum est de ceteris questionibus faciendis.*

Prima distinctio dividitur in quinque partes, quatuor figuras artis, et alphabetum illius continentes. Prima pars secatur in novem particulas, iuxta novem principia absoluta artis, contenta in prima figura. Secunda pars truncatur in novem particulas, iuxta novem principia relativa secunde figure. Tertia pars manet indivisa; sic et quarta pars. Alphabetum dividitur in 4 columnas. Prima continet novem principia absoluta. Secunda, novem relativa. Tertia novem regulas. Quarta novem titulos questionum, que infra iuxta processum hujus Artis resolvuntur.

Secunda distinctio dividitur in 252 combinationes principiorum tum absolutorum, tum relativorum intra se, et relativorum cum absolutis, et e contra, sub quibus combinationibus ponuntur 833 conditiones.

Tertia distinctio partitur in novem regulas : Prima de suppositione; secunda de modo essendi; tertia, de investigatione; quarta, de specificatione; quinta, de contradictione; sexta, de necessario, et contingenti; septima, de demonstratione; octava de punctis transcendentalibus, et hec dividitur in novem titulos, iuxta novem subjecta, in quibus reperiuntur ista puncta transcendentia : Nona, et ultima regula est de majoritate finis.

Quarta, et ultima distinctio in duas partes divisa consistit. In prima, novem generales subduntur questiones; et solvuntur per primam, secundam, et tertiam distinctionem et sunt tres modi solvendi, in quos quilibet questio generalis dividitur. In secunda parte hujus distinctionis, tot sunt questiones quot sunt in secunda distinctione, condiciones, nempe 833 contente sub 252 combinationibus dictorum principiorum, quas Auctor vocat titulo rubricarum. Solutio autem questionum secundae partis, non ponitur hic, sed remittitur ad conditiones secundae distinctionis, unaquaeque ad suam.

Postea sequitur titulus iste : *De generali habitatione hujus Artis.* Incipit autem sic : *Ad acquirendum habitum hujus Artis.* Sic autem finitur : *et ista sufficiant ad acquirendum habitum huius Artis.* Sequitur titulus : *De fine huius Artis.* et sic incipit : *Ad laudem, et honorem Dei omnipotentis, explicit Ars inventiva, et discretiva intellectus.* Sic vero terminatur : *qui vivet, et imperat per infinita secula Omnipotens benedictus Deus.*

Tandem sequitur titulus iste : *De quibusdam questionibus extra volumen Artis adductis.* Et sic incipit : *Licet ipsa Ars inventiva veritatis, etc.* Ubi datur ratio, quare iste questiones sint extra volumen Artis adducte. Istarum autem questionem, quedam sunt principales, et quedam accessorie. Principales sunt tres; et quia iste principales sunt tres, dividuntur sue accessorie in tres partes. Prima pars cum sua principali continet 55 questiones. Secunda pars eum sua principali continet 53. Tertia cum sua principali continet 50 questiones. Illarum questionum solutiones, hic non ponuntur, sed reliquuntur solvende per Artistam hujus Artis studiosum. Sola ultima sic proponitur et solvitur : *Utrum sit verum id per quod mundus est ita plenus bonitate, magnitudine, etc., quod impossibilis est ei bonitatis, magnitudinis, etc., additio? Et manifestum est quod sic, et humane : sub cujus custodia ipsa Ars inventiva sua pietate dirigibilium protegatur a mordentibus aculeis invidorum; quoniam per eam est manifestabilis ignorantibus via cognoscendi, et diligendi illum Dominum nostrum Jesum Christum : qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit etc.*

Totus autem liber cum correctione erratarum, et formula artificiali contentorum in eo, continet : lxxij folia.

Liber secundus.

Tabula generalis dicitur ante cuius titulum premittitur alphabetum ipsius tabula quod in quinque partitur columnas. Prima continet novem principia absoluta artis Lulliane : Secunda, novem respectiva; tertia decem regulas, seu questiones; quarta, novem subjecta; quinta, novem modos solvendi questiones per hanc tabulam. Titulus autem huius operis sic legitur : *Deus bone in virtute tua magne bonitatis incipit tabula generalis ad omnes scientias applicabilis*. Sequitur Prologus, qui sic incipit : *Ratio quare ista tabula ponitur generalis etc.*, et sic finitur : *et earum naturis remanentibus semper illesis*. Sequitur titulus iste : De divisione huius tabule. *Dividitur hec tabula (ait Auctor) in quinque distinctiones*.

Prima distinctio in quatuor figuras dividitur. Secunda in decem et octo rubricas partitur, juxta numerum principiorum huius tabule. Tertia distinctio in decem rubricas secatur, juxta numerum regularum, seu questionum generalium huius tabule. Quarta distinctio, que est de tabula generali, dividitur (ait auctor post ipsam tabulam) in lxxxiiij partes, quarum quilibet divisa est in xx cameras

Quinta, et ultima distinctio est de questionibus et dividitur in novem partes, juxta novem modos solvendi questiones. In prima parte excitantur decem questiones, et breviter solvuntur per primam figuram. In secunda solvuntur quatuor questiones per secundam figuram. In tertia solvuntur duo questiones per tertiam figuram. In quarta solvuntur novem, per quartam figuram. In quinta ponuntur decem, et novem rubricas juxta numerum definitionum principiorum huius tabule, et sub qualibet rubrica due solvuntur questiones breviter per tales definitiones : additur vero alia rubrica, que est vigesima, in qua per definitiones omnium principiorum simul breviter solvitur ista questio : *Utrum predestinatio, et liberum arbitrium possint stare simul*.

In sexta parte ponuntur novem rubricas juxta numerum regularum per quas solvuntur plures questiones : In prima rubrica, per primam regulam breviter solvuntur tres questiones; in secunda, per secundam quatuor. In tertia per tertiam tres. In quarta per quartam due. In quinta per quintam due. In sexta per sextam due. In septima per septimam quatuor. In octava per octavam quatuor. In nona per nonam una. Additur alia rubrica, que est decima, in qua per mixtionem novem regularum solvitur ad longum una questio.

In septima parte quinte distinctionis per mixtionem regularum cum definitionibus principiorum solvuntur decem questiones de eternitate, et quilibet questio probatur per viginti rationes.

In octava parte datur doctrina per quam ostenditur quomodo possunt solvi questiones per solutiones aliarum iam antea solutarum. Hec pars dividitur in septem rubricas; in prima solvitur una questio per decem rationes; in secunda solvitur una questio per quatuor rationes. In tertia solvitur una per tres. In quarta solvitur una per novem. In quinta breviter solvuntur triginta et septem questiones. In sexta, viginti septem, et in septima, decem.

Nona, et ultima pars quinte et ultime distinctionis, dividitur in duo membra, seu partes. Membrum primum continet quam plures questiones generales, quarum solutiones remittuntur ad cameras tabule. Secundum membrum continet quam plures questiones speciales, que pariter ad cameras remittuntur, ut solvantur.

Tandem sequitur titulus : *De habitatione huius scientie* qui sic incipit : *sub brevibus*

verbis, etc., et finitur sic : *et earum solutiones apparent in cameris*. Sequitur : *finis*, et incipit : *finita est hec Ars, etc.*; sic vero terminatur : *et sanctorum glorie Dei*. Ultimo ponitur locus, et tempus in quo inceptus, et completus fuit liber iste, et sic incipit : *incepta fuit hec scientia*. sic vero terminatur : *Per infinita secula seculorum. Amen*.

Totus autem liber eum suo indice continet 29 folia, et integram paginam.

[19]

Liber tertius.

Ars expositiva, seu lectura super artem inventivam, et tabulam generalem, cuius titulus sic preponitur : *Excellentissime Deus et summe gloriose, cum tua virtute, gratia, benedictione, et auxilio incipit hec ars, que est ad faciendum, et solvendum questiones, et inquirendum secreta naturalia, et rerum proprietates*. Incipit feliciter Prologus, per hec verba : *Ars ista modum sequitur etc.*, et finitur per ista : *Credentes, et confitendes id (siquid erit) certa scientia non fecisse*. Sequitur titulus iste : *Divisio universalis totius operis*. Dividitur hec Ars (ait Auctor) in tres distinctiones.

Prima distinctio est de regulis que sunt decem, juxta quas dividitur hec distinctio, secunda est de figuris, et dividitur in quatuor partes juxta numerum figurarum absolutarum in prima figura contentarum. Secunda ibidem in novem iuxta novem principia relativa contenta in secunda figura. Tertia pars, que est de tertia figura secatur in tres particulas. Prima particula, que est de oratione, manet indivisa; secunda particula, que est de significationibus partitur in 36 cameras quarum quilibet continet tres paragraphos, et interdum quatuor. Tertia particula, que est de inventionibus secatur in 253 rubricas iuxta tot combinationes, que fiunt unius principii cum alio et in quolibet rubrica, seu combinatione ponuntur exempla, ut per ea facilius invenire possint huius scientie sectores secreta rerum et naturas ipsarum. Quarta, et ultima pars secunde distinctionis est de quarta figura, et truncatur in duas particulas : Prima est de ordinatione quarte figure, et hec manet indivisa. Secunda particula est de applicationibus implicitis, que moventur de Deo, quarum quilibet per viginti rationes solvitur. Secunda est de quadraginta quinque questionibus implicitis, que ibi breviter solvuntur.

Tertia, et ultima distinctio est de questionibus, et dividitur in duas partes : Prima continet decem questiones, quarum quilibet continet 200 paragraphos. Secunda continet 2000 questiones de Deo, Angelo, homine et de rebus ad hec tria entia pertinentibus, que breviter solvuntur. Nobat vero impressor in fine huius distinctionis, quod hec ultima pars tertie distinctionis manca reperitur. In ea quippe ut numerus millenarius compleatur, nonaginta et amplius desiderantur questiones : Unde ista est ultima questio, qua totus liber finitur : *Questio Demones quomodo tentant homines. Solutio huius fit etc.*, et finitur sic : *cum mixtione principiorum huius scientie cognosci potest*.

Totus autem liber simul cum formula contentorum in eo, completur 229 folia, et integra pagina.

Epistola Alphonsi a Proaza

In eodem volumine extat epistola Alphonsi a Proaza fratri Dominico senensi ex ordine Minorum viro litteratissimo s.; et incipit sic : *Emisso iam in lucem etc.*, et finitur sic : *venturos esse confidimus. vale*. Sequitur index librorum, seu plurium operum B. Raimundi Lulli una cum variis titulis quibus laudabiliter appellatus est B. Raimundus Lullus

a diversis; quod totum missum fuit, una cum epistola, dicto Senensi : Continet autem totum hoc duo folia.

Privilegia

In eodem volumine extant Privilegia cum hoc titulo : *Privilegia Catholicorum Aragonie Regum, ac potissimum Ferdinandi Cesaris nostri semper invictissimi in favorem, et gratiam scientiarum, studiorum et sequacium Divi Raymundi Lulli Doctoris illuminati.* Sic autem incipit : *Hoc est translatum etc.* Sic vero finiuntur : *et xlix detractorum* Continent autem duo folia.

In ultimo tandem folio continentur correctiones erratarum totius voluminis, hisque totum volumen finitur. [20]

Volumen 7

Est aliud exemplar voluminis sexti. Solum noto, quod annus impressionis, qui in volumine sexto videbatur erratus, hic apparet correctus, ut pote cum calamo additum fuit *quingentesimum*. [21]

Volumen 8

Liber Predicationis, seu Ars maior predicandi. Est in folio papireo manuscriptum, caractere antiquo, idiomate latino. In hoc exemplari deficit titulus, qui sic legitur in aliis exemplaribus : *Deus Gloriosissime, Altissime et Piissime, cum tua gratia, et benedictione; incipit liber de predicatione.* Sequitur Prologus, qui sic incipit : *Quoniam predicationis est officium altissimum, etc.,* et sic finitur : *liber iste de novo artificialiter est inventus.* Sequitur titulus iste : *Divisio libri.* Dividitur liber iste (ait Auctor) in duas distinctiones.

Prima distinctio est in tres partes divisa : Prima pars prime distinctionis secatur in sex particulas. Prima particula est de Arbore, et hec manet indivisa; secunda est de novem subjectis, et dividitur in novem rubricas. tertia est de novem virtutibus, et dividitur in novem rubricas; quarta est de novem vitiis, et manet similiter divisa : quinta de decem et octo Principiis, et eorum definitionibus, et manet indivisa. Sexta, et ultima particula est de decem regulis, seu questionibus Artis Generalis, et manet indivisa.

Secunda pars prime distinctionis secatur in 4 particulas. Prima particula est de mixtione principiorum, et secatur in 18 rubricas iuxta principiorum numerum. Secunda particula est de novem subjectis per mixtionem principiorum deductis, et manet in novem rubricas divisa. Tertia est de novem virtutibus per principia deductis, et continet novem rubricas. Quarta et ultima particula de novem vitiis per principia deductis, que similiter novem rubricas habet.

Tertia et ultima pars prime distinctionis dividitur in tres particulas. Prima particula est de novem subjectis per regulas deductis, et secatur in novem rubricas. Secunda de novem virtutibus per regulas deductis, et manet similiter divisa. Tertia, et ultima particula de novem vitiis per regulas deductis, et manet similiter divisa. Prima rubrica prime particule partitur in 13 questiones de Deo, qui est primum subjectum.

Secunda, et ultima distinctio huius libri dividitur in duas partes : prima est de novem conditionibus huius libri, et manet in novem particulas divisa. Secunda pars in duas particulas manet divisa. Prima particula continet 52 Sermones dominicales,

incipiendo a Dominica Adventus, usque ad Dominicam 25 post Pentecostes. Secunda particula continet 48 sermones de festis sanctorum incipiendo a vigilia Nativitatis Jesu Christi Domini nostri, usque ad commemorationem omnium fidelium defunctorum; qui quidem sermo sic finitur : *ad hoc, quod exoret, et faciat eleemosinam pro defunctis.*

Sequitur totius libri conclusio, que sic incipit : *completi sunt* etc. Ubi Auctor proponit facere Sermones extrahendo themata ab epistolis B. Pauli, sicuti fecit istos 100, extrahendo themata ab evangeliiis. Finitur autem sic : *materiam predicandi habeat abundantem.*

Sequitur gratiarum actio pro completionem libri, et incipit sic : *Obone Jesu.* Finitur ita : *et servitium applicavi.* Sequitur : *Finivit Raymundus librum istum in monte Pesulano in mense decembris anno millesimo ccc quarto incarnationis Domini nostri Jesu Christi.* Tandem sequitur tabula omnium sermonum cum suis thematibus, et incipit sic : *in isto volumine ponimus tabulam, etc.,* et finitur ita : *Centesimus sermo de defunctis in crastina die post festum omnium sanctorum, cujus thema est. Amen, Amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est quando mortui audient vocem filii Dei, et qui audierint, vivent. Joannis 5 cap.*

Totus autem liber completur 208 foliis.

[22]

Volumen 9

Est aliud exemplar libri predicationis manuscriptum in folio papireo, caractere antiquo, idiomate latino, et completur 154 foliis.

[23]

Volumen 10

Tractatus de quinque statibus personarum, vulgo dictus *Blanquerna*. Est manuscriptum in folio pergamineo, caractere antiquo, idiomate lemovicensi. Tractatus iste dividitur in quinque libros prout apparet in aliis exemplaribus de quibus statim: in hoc siquidem volumine deficit primus liber, et duodecim capitula libri secundi, et fere quarta pars capituli 23 quod in toto tractatu est capitulum 37. Unde volumen istud sic incipit : *De aquest dupte deman penitencia, etc.,* que verba in exemplaribus Valentinis, de quibus infra, sic leguntur : *De est tal dupte demane penitencia, etc.,* solum noto, quod in exemplaribus Valentinis istud capitulum est 37 totius operis, cujus titulus sic legitur : *De les tentacions contra fe; y del remey singular que dona la Abadesa Natana a la monga, que de aquells á ella se confesá davant les altres monges en lo capitol, y de les rahons moltes, y belles, que feu per declarar, y corroborar la fe en los articles sobre que duptave y per fortificar aquella.* At sic hoc volumine istud capitulum videtur esse 20 totius operis; sic quidem titulus capituli sequentis sic legitur : *De esperansa xxxj.* Ultima capitulum hujus voluminis sic legitur : *De la fin del llibre cxv* et incipit sic : *finit es lo llibre de la Art de contemplacio. Estava un dia Blanquerna contemplant* etc. Finitur autem sic : *y comendat á la benediccion de Deu.* Sequitur conclusio totius libri, seu totius operis, que sic incipit : *Acabat es lo romans, etc.,* et finitur ita : *eternalment sia a gloria de Deu.* Tandem legitur : *Finito libro sit laus, et gloria Christo. Amen.*

Totum autem volumen completur 207 foliis.

[24]

Volumen 11

Est in folio impressum papireo, caractere antiquo, idiomate valentino, continet duos tractatus differentes.

Primus tractatus est de quinque Habitibus personarum vulgo *Blanquerna* In fronte autem voluminis sic legitur : *Blanquerna, qui tracta de sinch estaments de persones. De matrimoni, de Religio, de Apostolicat senyoria (la qual es en lo Pare sant, y en los cardenals) y del estat de vida Hermitana contemplativa, debax los quals tots son contenguts, ordenat per lo illuminat Doctor, y Martir mestre Ramon Lull. Traduit, y corregit novament dels primes originals, y estampat en llengua valenciana. Ab lo llibre de oracions, y contemplacions del enteniment en Deu, fet per lo mateix Doctor.*

Sequitur effigies illuminati doctoris cum angelo sibi apparentis in forma Pastoris suos libros adorantis : sub effigie vero sic legitur titulus : *Beati Rhenani Alsatici ad lectores epigramma et continet novem distica in laudem B. Raymundi, quorum primum sic ait:*

*En pius egreditur latum Remundus in orbem
commoda qui multis grandia sepe feret.*

Ultimum vero sic scribitur:

*Evolvis dignos igitur quicumque labores
fac parce (quod quod opus restituere) iuves.*

Sequitur epistola proemialis que sic incipit : *Sant Hyeroni glorios, etc.* Sic autem finitur : *totes les gens a medi de ell.* Sequitur prefatiuncula Joannis Bonlabij super librum orationum, contemplationum intellectus, que sic incipit : *quoniam mortalium vita, etc.;* sic vero terminatur : *Valentie : ex clauistro virginis Dei genitricis Marie Carmelitarum iij idus iulias.*

Sequitur titulus primi tractatus, qui sic legitur : *Senyor Deu glorios un en essencia, y tres en persones : a llaor y honre vostra ab la vostra gracia, virtut, y benediccio comensa lo llibre de Evast, y de Aloma, e de Blanquerna son fill : lo qual es fet per intencio, que los homens agen a amar, entendre, recordar, e servir a vos, com a ver Deu, Senyor, y creador, que sou de totes coses.* Sequitur titulus iste : *Prolech ab divisio de la obra.* Et incipit sic : *A significanca de les sinch nafres, etc.,* sic vero finitur : *lo singue estament es de la vide heremitana.*

Tractatus iste dividitur in quinque libros iuxta quinque personarum status, liber primus est de statu matrimonii, et dividitur in 24 capitula.

Liber secundus est de Religionis statu, et dividitur in duas partes : prima est de ordine religionis in monialibus, et partitur in 24 capitula : secunda de statu religionis in viris, et continet 25 capitula. In hac secunda parte continetur liber dictus de *Ave Maria* in laudem Dei matris, et continet sex capitula incipiendo a capitulo 20 hujus partis quod est 68 totius operis usque ad capitulum secundum ejusdem partis, quod est 73 totius operis.

Liber tertius tractat de statu prelature, et dividitur in undecim capitula.

Liber quartus tractat de statu Apostolicalis Dominationis in summo Pontifice, et eminentissimis Cardinalibus residente, et partitur in 18 capitula.

Liber quintus, et ultimus est de statu vite heremitice contemplative, et continet 24 capitula. In hoc libro continentur duo opuscula, quorum alterum est *liber de Amico et Amato* et continetur in quinto capitulo huius libri quinti; quod tot cantica, seu versus amoris, quot sunt anni dies, nempe 366. Aliud opusculum huius quinti libri est *Ars contemplationis*, et continetur in quatuordecim capitulis, incipiendo a sexto capitulo huius quinti libri, quod est 108 totius operis usque ad vigesimum capitulum huius quinti libri, quod est 122 totius operis.

Prologus huius opusculi incipit sic : *Tant es alt, y exellent lo subiran Be, etc. Finitur vero sic : I per que yo so ocupat en tractar de altres llibres; per so breument recontarem la manera, segons la qual Blanquerna contemplave per esta Art. E primerament comencem a la primera part del llibre, que es com contemplave les virtuts de Deu, les unes ab les altres.*

Dividitur autem istud opusculum in duodecim partes, ut dicitur in Prologo, et sunt iste : Prima, virtutes divine. Secunda, essentia divina. Tertia, Bonitas divina. Quarta, Trinitas divina. Quinta, incarnatio divina. Sexta, Pater noster. Septima, Ave Maria. Octava, Mandata Dei. Nona, Miserere mei Deus. Decima, sacramenta ecclesie. Undecima, virtutes. Duodecima, vitia. Istud autem opusculum finitur ita : *si no tan solament Deu, quil ensenyave. Et sequitur : finit es per gracia de nostre senyor Deu lo llibre de la Art de contemplacio en vida hermitana.*

Ultimo tandem capitulum huius quinti libri, quod est 123 et ultimum totius operis, sic incipit : *estave un dia Blanquerna etc.*, sic vero terminatur : *y dexas en comanda de la benediccio de Deu. Tandem sequitur conclusio totius operis, que sic incipit : finit es per gracia de nostre senyor Deu, etc.*, sic vero terminatur : *y donarli de tot gracias sens fi. Amen.*

Tractatus iste fuit impressus Valentie per Ioannem Joffre impressorem, sumptibus Gregorij Genovart canonici Majoricensis die xxx. mensis maij anno 1522. Totus autem tractatus completur 140 foliis. [25]

Tractatus secundus huius voluminis est liber orationum et contemplationum intellectus, cuius titulus est iste : *Senyor Deu Glorios, qui sou primera causa, y nosaltres vostres effectes; perque vostres excellents Dignitats sien conegudes, y amades, lo suma enteniment per vostra gracia, y virtut, se exalsa ab tot son poder a conexer aquells e la voluntat les disiga amar, y servir en la exaltacio del enteniment, y la memoria recordarles. E per so un home defectiu, y pecador en la vostra gracia, y benediccio confiant, fa aquest llibre, lo qual es dit llibre de oracions, y contemplacions del enteniment.*

Sequitur titulus iste : *Del prolech ab divisio de la obra.* et incipit sic : *En la ignorancia, etc.*, sic autem finitur : *segons aquestes paraules.* Dividitur autem liber iste in decem capitula, ut dicitur in Prologo. Primum capitulum sic intitulatur : *Que Deu es Cap. i.*, et incipit sic : *considera lo huma enteniment*; sic terminatur : *qui es molt subira a tots los altres bens.* Ultimum vero capitulum sic intitulatur : *De la virtut de Deu cap x.* et incipit ita : *estava ocios l'enteniments.* Sic vero finitur : *e per asso die al enteniment, que finas aquest llibre.* Totus autem tractatus completur 20 foliis. Fuit autem impressus in Die Sanctorum Naboris et Felicis 12 Julij 1521 apud Joannem Joffre impressorem Valentie. [26]

Volumen 12

Est aliud exemplar voluminis 15.

[27]

Volumen 13

Est aliud exemplar voluminis 12.

[28]

Volumen 14

Ars Generalis ultima. Est manuscriptum caractere antiquo, in folio partim papireo, partim pergamineo, idiomate latino; cujus titulus sic legitur : *Deus cum* (in aliquibus exemplaribus additur *tua*) *summa perfectione incipit Ars generalis ultima.* (in aliquibus exemplaribus additur : *edita a Magistro Raymundo Lull.*) Sequitur : *De Prologo*, et sic incipit : *quoniam multas Artes fecimus generales.* Sic vero finitur : *et Guilielmi, et sic de ceteris.* Sequitur titulus iste : *De Divisione Artis.* Dividitur *Ars* ista in 13 partes (ait Auctor), et finitur sic : *Et primo de Alphabeto est dicendum.* Noto tamen, quod in aliquibus exemplaribus precipue impressis, titulus iste de divisione non reperitur, sed divisio est annexa Prologo; unde Prologus finitur per illa verba : *et primo de Alphabeto est dicendum.*

Prima pars, que est de Alphabeto manet indivisa. Secunda que est de figuris, secatur in quatuor capita juxta numerum figurarum. Tertia est de definitionibus principiorum hujus Artis, et manet indivisa. Quarta, de regulis, dividitur in decem capita juxta numerum regularum. Quinta est de tabula, que composita est de octoginta quatuor columnis, ubi Auctor breviter explicat utilitatem ejus, et artificium ipsius solvendo breviter viginti questiones generales per primam columnam hujus tabule. In hac quinta parte solvitur ad longum ista questio unica : *Utrum Mundus sit eternus.* Et ista questio est divisa in viginti capita, juxta viginti rationes, per quas solvitur, extractas a viginti cameris, ex quibus constat prima columna hujus tabule.

Pars sexta est de evocatione tertie figure, et secatur in 36 capita juxta numerum camerarum quas continet tertia figura. Septima pars de multiplicatione plurium rationum, dividitur in 5 capita. Primum, secundum, et tertium manent indivisa; quartum vero, quod est de cognitione fallaciarum, secatur in duas rubricas : prima est de fallaciis intra dictionem, et partitur in sex articulos juxta numerum earum fallaciarum. Secunda est de fallaciis extra dictionem, et truncatur in octo articulos, juxta numerum istarum fallaciarum. Quintum, et ultimum caput hujus sexte partis manet indivisum.

Pars octava, de mixtione principiorum et regularum, dividitur in duas sectiones: prima est de principiis per principia deductis, et continet 18 capita juxta numerum principiorum hujus artis. Secunda est de principiis per regulas deductis; que pariter manet divisa.

Pars nona, de novem subjectis hujus Artis, in novem sectiones truncatur : Sectio prima de primo subjecto, quod est Deus, continet sex capita : primum, secundum, tertium, et quartum manent indivisa, quintum vero quod est de Deo per principia deducto, partitur in 18 articulos juxta numerum principiorum hujus artis, per que deducitur

Deus. Sextum, et ultimum capitulum hujus nonae partis est de Deo per regulas deducto, et secatur in decem articulos juxta numerum regularum. Sectio secunda de secundo subjecto, quod est Angelus, in duo capita partitur. Sectio tertia de tertio subjecto quod est celum, in tria capita secatur. Sectio quarta de quarto subjecto, quod est homo in duo capita truncatur. Sectio quinta de quinto subjecto, quod est imaginativa in duo capita scinditur. Sectio sexta de sexto subjecto, quod est sensitiva duo capita continet.

Sectio septima de septimo subjecto, quod est vegetativa, habet duo capita. Sectio octava de octavo subjecto, duo pariter capita. Sectio nona de nono subjecto, quod est instrumentativa secatur in 36 capita, in quibus novem virtutes, et novem vitia, tum per principia, tum per regulas deducuntur.

Pars decima est de applicatione, et dividitur in quatuordecim capita, quorum terdecim manent indivisa, at 14 caput, quod est de applicatione per 100 formas secatur in 101 articulos.

Pars undecima, de questionibus, in sex truncatur sectiones. Prima de questione tabule partitur in septem capita. Secunda, tertia, et quarta manent indivisa. Sectio quinta de questionibus novem subjectorum partitur in 52 capita. Sectio sexta de questione decime partis principalis hujus libri, quae est de applicatione, continet 27 capita; et caput 24 scinditur in 101 articulos. In hoc autem volumine deficiunt 19 articuli; siquidem ultimus articulus, qui in hoc volumine legitur est articulus 82 : *De questionibus Geometrie*, et adhuc iste Articulus est mancus; quia deficiunt illi septem questiones. Unde questio ultima, quae in hoc articulo legitur ista : *Per quem modum intellectus invenit Geometriam, et utitur ipsa*; et sic finitur totum volumen, continens 205 folia.

Pars duodecim, quae est de habitatione hujus artis, et tertia decima, et ultima quae est de doctrina manent indivise, et etiam deficiunt in hoc volumine. Pars autem tertia decima sic finitur in aliis exemplaribus : *ipse potest scire generalem artem*. Tandem sequitur in aliis exemplaribus conclusio totius operis cum hoc titulo : *De fine hujus libri*. Et incipit sic : *ista ars fuit incepta*; sic vero finitur : *et Beate Virgini Marie Matri ejus. Amen.* [29]

Volumen 15

Est impressum Barchinone per Petrum Posa anno 1501 die 10 Aprilis in folio papireo, caractere antiquo, idiomate latino; et est ipsamet Ars generalis, de qua volumine 14 continet autem istud volumen 90 folia. [30]

Volumen 16

Inter opera Lulli reponitur in hac bibliotheca, non quia sit opus Lulli, sed quia luliam methodum Artis Generalis exponit, sequitur, auget, declarat, extendit. Est siquidem *Ars magna sciendi* Athanasij Kircheri Soc. Jesu; impressa Amstelodami apud Joannem Jansonium a Waesberge, et viduam Elizei Weyerstraet. Anno m.dclxix. [31]

Volumen 17

Est manuscriptum caractere antiquo, in folio papireo, idiomate latino, et continet duodecim tractatus seu libros differentes.

Liber primus.

De ascensu et descensu intellectus, sic intitulatur : *Deus gratia tui sublimis, incipit liber de ascensu, et descensu.* In exemplari autem impresso Valentie (de quo volumine 52) aput Georgium Costilla die 9 decembris 1512 sic legitur titulus : *Deus cum gratia, et influentia intellectus tui longe sublimis, incipit liber, qui de ascensu, et descensu intellectus appellatur.* Sequitur Prologus, qui sic incipit : *quoniam aliqui homines seculares desiderant.* In exemplari autem valentino, sic legitur : *Quoniam sunt aliqui homines seculares, qui scientias acquirere desiderant;* finitur vero sic : *correctioni ecclesie sacro-sancte.* In exemplari valentino finitur ita : *corrigendum ecclesie Romane Sacrosancte, tamquam fidelis, et Catholicus Christianus.* Sequitur titulus : *De Divisione libri,* et incipit sic : *Dividitur iste liber in decem Distinctiones.*

Prima distinctio est de scala intellectus, in qua tres ponuntur partes, seu scale. Prima scala constat octo gradibus, seu scalonibus, in quorum quolibet ponitur unum subjectum, de quibus agitur in hoc libro. In secunda ponuntur duodecim gradus, seu scalones, juxta duodecim vocabula, per que intellectus ascendit, et descendit ad intelligendum res, et earum secreta. Tertia constat quinque gradibus, seu scalonibus per quos intellectus ascendit, et descendit, seu potius res intelligenda ascendit de sensibili, ad intelligibilem, et de intelligibili descendit ad sensibilem.

Secunda distinctio est de lapide, quod est primum subjectum hujus libri, et partitur in decem capita. Tertia est de flamma, et manet pariter indivisa. Quarta de planta, et manet similiter divisa. Quinta de bruto, et continet decem capita. Sexta de homine manetque pariter truncata. Septima de celo manens divisa in undecim capitula. Octava de Angelo continens undecim capita. Nona de Deo, et habet terdecim capita. Decima et ultima de questionibus, et manet divisa in 80 rubricas in quibus varie excitantur questiones, et pro resolutionibus remittuntur ad capita precedentium distinctionum. Ultima questio ultime rubrice, que est de questionibus de entitate Dei, sic legitur : *Utrum sit Divina Incarnatio? Solutio : Vade ad capitulum de probatione Divine Incarnationis, in quo ponimus quinque rationes probantes Divinam Incarnationem.*

Sequitur totius libri conclusio, que sic incipit : *Ad honorem, et laudem etc.* Totus autem liber continet 33 folia. [32]

Liber secundus.

Sic intitulatur : *Deus cum gratia ostenditur quomodo possumus Gloriosum nostrum contemplari per decem modos.* Sequitur Prologus, cum divisione operis; et sic incipit : *Ad laudem Dei ostendere volumus;* finitur vero sic : *Decimus et ultimus modus est per Beatissimam virginem Mariam.* Dividitur autem liber iste in decem rubricas juxta numerum modorum per quos Deus contemplatur.

Prima rubrica sic intitulatur : *De Divinis rationibus.* Incipit autem sic : *Divine rationes plures sunt, etc.* Sic autem finitur : *quidquid sibi placeat, quia bonum est.* Titulus secunde rubrice sic legitur : *De Trinitate.* Tertia sic intitulatur : *De incarnatione Filij Dei.* Quarta de Resurrectione Domini nostri Jesu Christi. Quinta de eucharistia. Sexta de glorificatione. Septima de gratia. Octava, de Misericordia. Nona de precibus. Decima de Beata Maria, que sic incipit : *Benignissima Beata Maria;* finitur ita : *Ad cujus honorem iste Tractatus est compilatus.*

Sequitur totius libri conclusio, sic incipiens : *Perfecit Raymundus*, sic autem finiens : *Philipo Regi Francie*. Totus autem liber continet sex folia, et quartam partem pagine.

[33]

Liber tertius.

Intitulatur ita : *Quomodo contemplatio transit in raptum*. Liber iste est consequens ad precedentem, ut patet ex prologo, qui sic incipit : *Diximus de contemplatione*; et finitur : *et primo exemplificabimus de Bonitate*.

Partitur liber in tres rubricas : titulus prime sic legitur : *De Bonitate*. Titulus secunde : *De raptu*. Tertia de declaratione conscientie, que sic finitur : *nec tamen eligit illam partem. Amen*; et sic manet totus liber finitus, unum tantum folium continens.

[34]

Liber quartus.

De Angelis, sic intitulatur : *Deus, qui estis actus purus valde altus et excellens super omnes alios actus intelligibilis, et diligibilis : quidam peccator, et pauper, cum gratia, et adiutorio vestro; ut melius possit vos intelligere, et diligere in actibus vestrarum dignitatum, facit hunc librum de Angelis*.

Sequitur Prologus, qui sic incipit : *Cum sint Angeli tamen etc.* Finitur sic : *componimus hunc librum*. Sequitur titulus : *De Divisione hujus libri*, et incipit sic : *Iste liber dividitur in sex distinctiones*. Sic autem finitur : *seu Diaboli*. Sequuntur sex tituli, qui sunt de divisione sex precedentium distinctionum; quorum primus sic legitur : *Divisio Prime distinctionis*. Secundus ita : *Divisio secunde distinctionis*; et sic leguntur ceteri numero distinctionis servato. Sub quolibet autem horum titulorum ponitur singularum distinctionum generalis divisio, cum conditionibus in unaquaque distinctione servandis.

Sequitur titulus iste : *incipit prima distinctio, ubi probatur Angelos esse*. Dividitur autem in septem partes, secundum septem dignitates Dei, per quas probatur Angelos esse. Sunt ergo in ista distinctione septem probationes, quibus additur octava probatio ex mixtione illarum septem dignitatum inter se.

Secunda Distinctio intitulatur : *De dispositione Angelorum*; et dividitur in quinque partes. Prima pars adhuc dividitur in tres partes, seu particulas. Secunda pars principalis adhuc secatur in tres partes, seu particulas. Tertia pars principalis manet similiter divisa. Quarta pars principalis in undecim particulas secatur. Quinta, et ultima pars principalis in quatuor particulas distribuitur.

Incipit tertia distinctio, que est de fruitione. Hec dividitur in septem partes, juxta septem proprietates Angelorum, quibus fruitur, et contemplatur septem dignitates Dei.

Incipit quarta distinctio de locutione Angelorum; hec dividitur in tres partes, prima pars manet indivisa; secunda in tres particulas divisa; in quatuor particulas tertia distributa.

Incipit quinta distinctio, que est de gloria Angelorum, secatur in duas partes.

Incipit sexta distinctio, que est de pena Diaboli : Hec est ultima, et manet in duas partes divisa. Ultima pars sic finitur : *Diaboli contrarij Iustitie Dei*.

Sequitur titulus : *De fine hujus libri*; in incipit : *Prefectus etc.*, et finitur : *seculorum Amen*.

Sub fine libri notatur, hunc librum fuisse translatum de vulgari in latinum anno 1317. A quo autem sit translatum non apparet; et sic manet completus totus liber continens 10 folia.

[35]

Liber quintus.

De Natali pueri parvuli Iesu. In hoc volumine manet liber iste sine titulo; in exemplari autem impresso Parisiis pro Ioanne Parvo anno 1505 die 10 Decembris. Sic legitur titulus : *Pij Eremitae Remundi de Natali parvuli pueri Iesu. Deus cum tua gratia, incipit liber Natalis parvuli Christi Iesu.* De hoc exemplari Parisino, dicitur volumine 28.

Sequitur epistola dedicatoria, sine titulo; in exemplari Parisino sic legitur titulus: *epistola ad Magnificum Dominum Regem Francie* que sic incipit : *Gloriosissimo etc.*, et sic finitur : *Deus benedictus Amen.*

Sequitur Proemium; sic incipit : *Da Domine etc.*; sic finitur : *velle videri.*

Dividitur liber iste in plura capita, utrumque concordat usque ad caput 27 fere in omnibus. Caput 27 sic intitulatur in utroque exemplari : *De precibus sex dominarum*, et incipit : *Postquam predictae etc.* et concordant exemplaria usque ad illa verba : *Annuit Benignissima Regina etc.* discordant autem; quia illa, que ponuntur in exemplari Parisino sub capite ultimo, quod est 28 in hoc exemplari extant sub eodem capite 27. Discordant etiam; quia in exemplari Parisino, que extant sub capite 28 referuntur sub compendio, et nomine impressionis, seu ejus persona, ut deduco ex modo loquendi; in hoc autem exemplari referuntur sub nomine auctoris, et ad longum sub colloquio sex Dominarum.

Ulterius discordant; quia in hoc exemplari caput ultimum quod est 28 sic intitulatur : *De lamentatione Raymundi*; et incipit sic : *cum Domine etc.*; et finitur ita : *Altissime Trinitati.* Et sequitur titulus : *Cantilena Magistri Raymundi*, et incipit *laus et honor etc.*, et finitur : *Trinitatis honorem.* Sequitur totius libri conclusio sic incipiens : *liber iste*, et ita finiens *Iesu Christi.* Sequitur sine titulo : *Hec est visio.* Ubi aut paucis verbis auctor ostendit materiam hujus libri fuisse sibi in visione monstratam, et finit sic : *unus Deus. Amen.*

Hec autem omnia deficiunt in exemplari Parisino.

Totus autem liber sex foliis completur, exemplar autem Parisinum constat decem foliis. [36]

Liber sextus.

Disputatio intellectus, et fidei. Extat sine titulo, et incipit : *Theologorum studia etc.* Totus liber manet indivisa estque continuus dialogus inter fidem et intellectum disputantes, an misteria fidei possint per rationes necessarias intelligi, et probari? Finitur autem ita : *gratia disputationis illa dixisse. Deo gratias. Amen.*

Sequitur finivit Raymundus cum Dei gratia, et benedictione librum istum apud montem Pessulanum, sub anno Domini m.ccc.iiij.

Solum noto : quod principium hujus libri, ab illis verbis : *Theologorum studia*, usque ad illa : *fides secundum suam credendi reluctet*, possunt deservire loco Prologi; Sequentia vero verba : *Accidit quod intellectus, et fides soror sua olim peregrinando ibant simul, et ait intellectus etc.* sunt initium Dialogi, seu Disputationis.

Totus autem liber continet septem folia, et dimidium pagine. [37]

Liber septimus.

Variis titulis nominatur, ut apparet in margine, nescio tamen an sub his cognatis titulis extent varij tractatus, anve sit idem. Hic autem liber in hoc exemplari sic in-

titulatur : *Deus cum tua sapientia, et amore librum intendimus facere clericorum* : at in exemplari Parisiis edito (de quo volumine 28) pro Joanne Parvo anno 1505 die 10 decembris legitur ita : *Pij eremite Remundi clericus*, et postea : *Deus cum tua benedictione, sapientia etc.* ut supra.

Sequitur Proemium et incipit : *liber iste*, finitur autem : *et utilitatem afferre*. In hoc proemio premittitur totius libri divisio, simulque datur ratio, quare factus fuit.

Sequitur titulus iste : *De Articulis Fidei*. In exemplari autem Parisino legitur : *Aliud Proemium*. Sub utroque autem titulo idem continetur, incipiendo sic : *Articuli dividuntur*, et sic finiendo : *et ejus oppositum non*.

Partitur iste liber in sex partes. Prima est de quatuordecim Articulis fidei, que adhuc in alias partes, seu particulas secatur. Prima particula est de articulis ad deitatem pertinentibus, secunda de articulis ad humanitatem spectantibus; utraque particularia manet in septem capita distributa, juxta numerum articulorum.

Secunda pars est de decem preceptis legis, et continet totidem capita, quod precepta.

Tertia pars de septem Ecclesie sacramentis, et habet tot capita, quod sacramenta.

Quarta pars de septem Donis Spiritus Sancti, et habet septem capita.

Quinta pars de septem virtutibus principalibus, et continet sex tantum capita, quia in ultimo agitur de spe et charitate simul.

Sexta, et ultima pars de septem peccatis mortalibus; et habet tantum sex capita, quia de invidia et ira insimul tractatur. Ultimum capitulum finitur ita : *Caritatem et patientiam*. Sequitur auctoris protestatio, ubi auctor omnia in hoc libro, et in quolibet alio a se dicta correctioni ecclesie submittet, simulque librum ad inserenda, que a summo Pontifice, et eminentissimis Cardinalibus petivit, et adhuc se petiturum promittit. Hec protestatio sic incipit : *sic in hoc libro*; finitur *ad finem effectumque perducere*.

Sequitur totius libri conclusio, ubi auctor notat se finisse librum in civitate Pisana in Monasterio sancti Dominici, mense maij anno 1308. Concordat exemplar Parisinum, sed deficit ..., mense Maij. Totus liber continet septem folia; at exemplar Parisinum 14 folia. [38]

Libri octavi.

De anima rationali, sic intitulatur : *Deus cum tua virtute incipimus novum librum de Anima rationali*. Sequitur Prologus sine titulo, sic incipiens : *quoniam anima rationalis*, et sic finiens : *tabule generalis*.

Sequitur titulus iste : *Divisio hujus libri*. Dividitur autem hic liber (ait auctor) in decem partes, scilicet in decem modos questionum, scilicet utrum, quid etc., et sunt decem questiones generales Artis lulliane.

Prima pars hujus libri, que est de utrum, secatur in tres questiones speciales, juxta tres species hujus questionis *Utrum*. Prima questio specialis est : *Utrum anima rationalis sit an non?* que solvitur per decem rationes, quod etiam servatur in omnibus questionibus specialibus totius libri. Sub prima questione speciali ponitur iste titulus: questiones minute sub quo titulo breviter solvit decem questiones de anima rationali; quod etiam observat sub qualibet questione speciali. Secunda questio specialis : *Utrum anima rationalis sit a creante, an a generante?* Tertia questio specialis : *Utrum anima sit immortalis*.

Secunda pars hujus libri, que est de quidditate, seu de questione generali *quid*, partitur in quatuor questiones speciales, juxta quatuor species hujus questiones *quid*.

Tertia pars investigat : *de quo* est anima, et continet tres questiones speciales, juxta tres species hujus questionis generalis *de quo*.

Quarta pars incipit : *quare* est anima, et habet duas questiones speciales, juxta species questionis *quare*.

Quinta pars est de quantitate anime et habet duas questiones speciales secundum species hujus questionis generalis *quantum*.

Sexta pars est de qualitate anime duas habens questiones speciales, tot enim species questio *quale*.

Septima pars tractat de tempore anime habetque duas questiones speciales, juxta duas species questionis *quando*.

Octava pars est de loco anime, est scinditur in duas speciales questiones *ubi*.

Nona pars de modalitate anime, duas retinet speciales questiones, juxta duas speciales questiones *quomodo*.

Decima et ultima pars principales hujus libri agit de instrumentalitate anime per duas questiones speciales, juxta duas species questiones *cum quo*. Ultima questio minuta, que ponitur sub ultima questione speciali, hujus ultime partis est ista : *Questio : In inferno cum quo una potentia anime dat passionem alteri? Solutio : Memoria etc.* Solvitur breviter et ultima solutionis verba sunt ista : *recolendi, et intelligendi, et amandi*. Additur : *A talibus autem passionibus placeat clementissimo Deo nos custodire; quoniam passionibus sunt ita magne, ut possit homo ipsas scribere, nec extimare.*

Sequitur titulus : *De fine hujus libri*. Incipit *Finitus fuit hic liber in Rome civitate anno 1294*. Finitur vero sic : *et amare Deum. Deo gratias*. Totus autem liber completur viginti septem foliis.

[39]

Liber nonus.

De prima et secunda intentione ad Filium. Huic libro premittitur titulus aliquantulum longus, et in sententia obscurus, et incipit : *Deus omnipotens, et gloriosus*. Finitur autem : *benedictus in secula, saeculorum. Amen*. Ex titulo autem isto apparet hunc librum dirigi ad auctoris filium, et sub persona, seu exemplo filii, ad omnes homines; materia vero libri ex titulo non apparet, colligitur tamen ex prologo, et totius libri decursu; quod si liber iste intitulandus est ex materia ejus, debet intitulari, ut supra; et sic ponitur titulus in margine huius exemplaris. Hec sic ad longum notare volui; quia in aliquibus catalogis librorum Sancti Doctoris lego, quod liber iste incipit sic : *cum considerans, et jacens*, ut colligitur ex exemplari vernaculo. Aliter : *cum desiderans, et jacens*; in hoc autem exemplari, incipit Prologus sine titulo : *cum in cubiculo strato corpore uno, somnus mihi de quiete dispensasset, et corde vigili mens mea varios rerum ordines compensasset*. Et licet ambe inceptions videantur cognate, forte tamen est alius, et alius liber, licet materia sit eadem, et ad eundem filium directa, ut evenit in aliarum materiarum libris nostri Sancti Doctoris. Prologus sic finitur : *perfectis fortificata*.

Ex prologo apparet quod liber iste dividitur in quinque capita ob memoriam quinque vulnerum Salvatoris.

Capitulum primum, de divisione intentionis, incipit ita : *Charissime Fili, et finitur : ullo modo*.

Caput secundum, *de Deo, et qua intentione diligendus est*, incipit : *Deus qui est summum bonum*. Finitur : *diligunt in secunda*.

Caput tertium, *de creatione*, incipit : *Omnipotens Deus*. Finitur : *que est Deus*.

Caput quartum, *de Incarnatione Dei*, incipit : *unigenitus Dei*. Finitur : *Sapere possit*.

Caput quintum et ultimum, *de temptatione*, incipit : *Ad significationem*; et dividitur in triginta rubricas, in memoriam triginta denariorum pretio quocum Christus fuit venditus.

Rubrica prima, est de fide. Secunda de spe. Tertia, de caritate. Quarta, de justitia. Quinta, de prudentia. Sexta, de fortitudini. Septima, de temperantia. Octava, de gula. Nona, de luxuria. Decima, de avaritia. Undecima, de superbia. Duodecima, de accidia. Tertia decima, de invidia. Quarta decima, de ira. Quinta decima, de oratione. Sexta decima, de confessione. Decima septima, de sacrificio altaris. Decima octava, de matrimonio. Decima nona, de scientia. Vigesima, de infidelitate. Vigesima prima, de divitiis. Vigesima secunda, de paupertate. Vigesima tertia, de honore. Vigesima quarta, de elementis. Vigesima quinta, de plantis. Aliter, de Prelatis ut apparet in exemplari vernaculo. Vigesima sexta, de religiosis. Vigesima septima, de clericis. Vigesima octava, de principe. Vigesima nona, de milite. Aliter de equitibus ut in vernaculo. Trigesima, de populo. et sic finitur : *et populis gratus*.

Sequitur titulus : *De fine* : Incipit *Ad honorem*; ita vero terminatur : *verus Deus. Amen*.

Totus autem liber occupat 20 folia, et fere integram paginam.

[40]

Liber decimus.

De contradictione, cuius titulus sic legitur. *Deus cum tua sapientia illuminosa, et cum tua caritate pretiosissima incipit liber contradictionis*.

Sequitur prologus sine titulo, et incipit : *Accidit quod Raymundista, et Averroista*. Prologus iste videtur in duo membra divisus : membrum primum incipit ut supra; et ita clauditur : *inter se convenire*.

Postea ponitur titulus iste pro secundo membro : *De sermone contradictionis* et sic incipit : *Divit contradictio*. Et ita terminatur : *Syllogismos oppositos*.

Totus autem liber dividitur in viginti rubricas, seu articulos, sub quibus Raymundista producit centum syllogismos contra Averroistam; quolibet autem rubrica seu articulus ita incipit : *Ait Raymundista*, vel ita : *Dixit Raymundista*, dempta prima rubrica, seu articulo, qui sic incipit : *Antequam vere Raymundista*; et sic finitur : *Averroista da opposita*; sic etiam finiuntur omnes alie rubrice, vel ita : *Averroista Syllogiza in oppositum*.

Solum noto, quod tituli rubrice 19 que est penultima, et 20 que est ultima videntur transpositi; nam titulus penultime sic legitur : *de Syllogismis quietis*, et titulus ultime ita : *De Syllogismis altitudinis*. Sub titulo autem penultime, ponuntur syllogismi altitudinis; et sub titulo ultime leguntur syllogismi quietis.

Immediate post finem ultime rubrice sequitur brevis supplicatio Raymundiste ad dominam contradictionem ad hoc ut ista intercedat, ut Averroista faciat centum syllogismos contradictionis oppositos Syllogismis Raymundiste, ut appareat in quibus detur veritas. Ista vero supplicatio sic incipit : *Ait Raymundista*, et ita finitur : *habebit veritatem*.

Sequitur : *ad laudem et honorem Dei*, finivit Raymundus suos centum syllogismos Parisiis mense februarii anno m.cccx., incarnationis Domini nostri Iesu Christi.

[41]

Totus autem liber fere quatuor folia continet.

Liber undecimus.

De questione valde alta et profunda. Ita intitulatur : *Deus cum tua sapientia illuminosa, et cum tua Charitate gloriosa : incipit liber de questione valde alta, et profunda.*

Sequitur prologus sine titulo, et sic incipit : *Accidit quod circa Parisios, et finitur ita: Oritur questione talis.* Sequitur titulus iste : *De questione, que talis est : Utrum fidelis possit destruere demonstratione omnes objectiones, quas infidelis possit facere contra sanctam fidem catholicam; et quod infidelis possit solvere, ac destruere demonstrative illas solutiones?* Hic apperitur sensus questionis, et concordant fidelis et infidelis in duodecim principiis ex utraque parte admissis; per que proceditur ad questionem, et tandem fidelis concludit ita : *solvam si possum.*

Postea sequitur titulus : *De divisione libri.* Dividitur liber iste in duas distinctiones, prima est de Trinitate, secunda de Incarnatione : quilibet harum distinctionum in duodecim partes secatur juxta numerum principiorum suppositorum; singule autem partes ita incipiunt : *Ait fidelis, vel Dixit fidelis.* Ultima pars secunde distinctionis sic finitur : *et tu non improbasti probationes.*

Sequitur : *ad laudem, et honorem Dei, finivit Raymundus istum librum Parisiis; mense augusto, anno m.cccxj., incarnationis Domini nostri Iesu Christi. Amen.*

Totus autem liber quinque completur foliis.

[42]

Liber duodecimus.

De divina existentia et agentia. Huic premittitur titulus : *Deus cum tua sapientia, et virtute incipit liber de Divina existentia et agentia.* Prologus sine titulo, incipit : *quoniam cognoscere et amare; finitur : et a dubia separatus.*

Sequitur titulus : *Divisio libri,* in quatuor distinctiones secatur. Prima est de decem principiis generalissimis, et manet indivisa. Secunda de syllogismis oppositis, et partitur in decem partes, seu potius, particulas, juxta numerum principiorum de quorum quolibet fiunt duo syllogismi oppositi. Tertia distinctio est de suppositionibus contradictoriis. Hec distinctio, ait auctor, habet dividi in decem partes juxta numerum principiorum, sed brevitatis gratia in tribus tantum principiis exemplificat : Unde tres tantum partes seu particulas habet de facto hec distinctio. Quarta et ultima distinctio, est de questionibus; et dividitur in duas partes. Prima pars, ut ait auctor, est de decem questionibus, que fieri solent circa decem principia in prima distinctione premissa, et pro solutionibus illarum questionum, recurrendum est ad secundam et tertiam distinctionem, brevitatis tamen gratia, quatuor tantum excitantur questiones, de quatuor primis principiis, que breviter solvuntur, juxta predictum modum, ut habeatur exemplum ad alias solvendas. Secunda pars huius distinctionis adhuc partitur in decem partes seu particulas, in quarum qualibet excitantur decem questiones, quibus breviter respondetur.

Particula prima est de Deo, seu de questionibus Dei. Secunda, de angelo. Tertia, de celo. Quarta, de homine. Quinta, de imaginativa. Sexta, de sensitiva. Septima, de vegetativa. Octava, de elementativa. Nona, de virtutibus. Decima et ultima, de vitiis et peccatis. Ultima questio hujus ultime particule sic legitur : *Utrum peccatum habeat aliquam participationem cum perfectione? Responditur, quod non; quia sic esset participatus cum perfectione Dei.*

Sequitur totius libri conclusio et incipit : *completus est liber, finitur autem : correc-*

tionis Sancte Romane Ecclesie. Tandem sequitur : Ad laudem, et honorem Dei finivit Raymundus istam Artem Parisiis mense Augusti anno m.cccij., incarnationis Domini nostri Iesu Christi. Aliter anno mcccj. etc., ut habetur in alio exemplari voluminis 56. Cit. 10. Totus autem liber quatuor foliis completur : et licet sit parvus quantitate, est tamen magnus virtute, ut ait auctor in fine. [43]

Volumen 18

Est manuscriptum caractere antiquo, in folio pergamino idiomate latino, et continet duos libros, seu tractatus differentes.

Liber primus.

De anima rationali, de quo dictum est volumine 17, libro 8; in omnibus enim concordant ista duo exemplaria. [44]

Liber secundus.

Declaratio Raymundi per modum dialogi inter ipsum, et Sortem.* Sic intitulatur: *Deus ad tuum honorem incipit declaratio Raymundi per modum Dialogi edita contra aliquorum Phylosophorum et eorum sequatium opiniones erroneas, et damnatas a venerabili Patre Domino Episcopo Parisiensi.*

Incipit Prologus sine titulo : *In quadam sylva; et partitur in quatuor paragraphos. Primus incipit ut supra, et ita finitur : Et que sunt illa principia? Dixit Socrates. Secundus incipit : Raymundus respondit, et finitur : mixtiones essent necessaria. Tertius incipit : Raymundus ait; finitur : de positione antedicta. Quatuor incipit : Raymundus ait; finitur : rogans quod inciperet.*

Sequitur titulus iste : Primus articulus, et incipit : *Quod Deus non est trinus, et unus; finitur, de istis et aliis.*

Totus autem liber dividitur in 219 articulos, qui fuerunt damnati ab episcopo Parisiensi; quos acriter, et validissime impugnat Auctor contra Socratem arguendo, et ejus objectiones refutando.

Articulus ultimus, qui est 219 sic incipit : *Ait Socrates quod substantie separate, etc. Finitur : et Deus sit benedictus. Amen.*

Sequitur titulus : *De fine disputationis Socratis, et incipit : explicit hec disputatio. Finitur ita : in die judicii testimonium facient. Amen.* Totus autem liber continet 36 folia. [45]

Volumen 19

Est manuscriptum caractere antiquo, in folio pergamineo, idiomate vernaculo. Ita intitulatur : *Deus glorios alt excellent sobre tots honrraments, digne de molt magnificada virtut, ab gracia e ab ajuda vostra et ab intencio de honrravos, et servir, comensa aquest llibre de demostracions, qui es una branca de la Art de trobar veritat.* Unde liber iste

* Es tracta de la *Declaratio* publicada pel P. KIRCHER (Münster, 1909). Corregeixo per «Socratem» els passatges on el text diu «Sortem», com és freqüent de trobar-ho en manuscrits medievals.

latine dicitur : *liber demonstrationum*, vel *liber magnus demonstrationis*, vel *Brancha artis inventive veritatis*.

Sequitur titulus iste : *Del Prolec*. Incipit ita : *com l'enteniment huma*; ita finitur : *per rahons necessaries*. Sequitur titulus : *De la divisio de aquest llibre*. Dividitur ergo liber iste, ut ait autor ibi, in quatuor libros, quorum quilibet in quinquaginta partitur capitula.

Scopus primi libri est probare, quod intellectus per Dei gratiam potest per rationes necessarias intelligere fidei articulos.

Scopus secundi est probare per necessarias rationes Deum esse. Scopus tertii probare per necessarias rationes Divinam Trinitatem. Scopus quarti est probare per necessarias rationes ceteros articulos, et maxime Incarnationem, et adventum Christi.

Quartus est ultimus liber, his finitur verbis : *per esso es demonstrable la Encarnacio del fill de Deu, é la santa Divinitat, qui es en lo subira Be*. Tandem sequitur totius libri conclusio, sic incipiens; *acabat es aquest libre*, et ita finiens : *Nostre senor Jesu Christ, qui es ver hom, e Deu. Amen*. Totum autem volumen constat 163 foliis.

Volumen 20

Est manuscriptum caractere antiquo, in folio partim papireo, partim pergamineo, idiomate latino. Continet tres tractatus, seu libros.

Liber primus.

Ars compendiosa inveniendi veritatem. De qua volumine 21, libro primo. [46]

Liber secundus.

De cognitione particularis in suo universali, vel *Ars inventionis omnium propositionum particularium in omni scientia*. Videatur volumen 21, libro secundo. [47]

Liber tertius.

Compendium, seu commentum Artis demonstrative. De quo volumine 22. [48]

Volumen 21

Est manuscriptum caractere antiquo, in folio partim papireo, partim pergamineo, idiomate latino, continet autem tres distinctos libros, valde autem inter sese cognatos.

Liber primus.

Ars compendiosa inveniendi veritatem. In hoc volumine deficit titulus, at in margine sic legitur : *Deus, qui principium et finis es omnium bonorum* : Incipit *Art compendiosa inveniendi veritatem, ad tui laudem, et gloriam, et honorem*.

Sequitur sine titulo : *Hec compendiosa Ars* etc., hic ponitur divisio libri in quinque figuras; et finitur ita : *solvere earundem*. Licet autem liber iste dicatur divisus in quinque figuras; claritatis tamen gratia potest dividi in sex partes, vel si placeat distinctiones.

Prima pars est de quinque figuris, que notantur his litteris *A. S. I. V. X* ut ait auctor ipse. Unde a prima figura incipit auctor librum istum dicens : *A ponimus*,

quod sit Deus; ubi delineat figuram per A. signatam, eamque declarat; quod etiam facit de reliquis figuris significatis per : S. I. V. X.

Ad maiorem autem explanationem quinque figurarum predictarum, addit auctor alias duas signatas per litteras. I. Z. figura dicitur falsitatis. Hec prima pars his finitur verbis: *alias percipiat et cognoscat.*

Secunda pars declarat modum procedendi in predictis figuris, et partitur in tres particulas.

Prima particula continet unam tantum rubricam, que sic intitulatur : *De figura A.* Hec rubrica sic incipit : *Quando S. vult subire cameras.* Finitur ita : *et suas cameras.* Secunda particula sic intitulatur : *De decem speciebus figure V.* et partitur in decem rubricas. *Prima, de virtutibus. Secunda, de vitiis. Tertia, de contrariis vitiorum. Quarta, de virtutibus et vitiis. Quinta, de contrariis virtutum. Sexta, de virtutibus et contrariis virtutum. Septima, de virtutibus, et suis contrariis. Octava, de vitiis, et suis contrariis. Nona, de vitiis et de contrariis virtutum. Decima, de contrariis virtutum et vitiorum.* Secunda particula est de figura X. et continet quatuor rubricas. Hec secunda pars hujus libri finitur his verbis: *majoritatis, necessitatis, et sic de aliis modis.*

Tertia pars sic intitulatur : *De sexdecim modis in quibus formantur questiones, et solutiones hujus Artis,* et sequitur : *Incipit Prologus.* Brevis ergo ad istos sexdecim modos prologus premititur, sic incipiens : *Sicut figura A.,* et ita finitur : *habeat odio.* Tertia pars ista dividitur in sexdecim rubricas, juxta sexdecim modos predictos. Rubrica prima sic legitur : *De modo ordinationis prime intentionis, et secunde.* Ultima sic intitulatur : *De modo quatuor figurarum,* et finitur his verbis : *bonum est nos exemplificare.* Exemplum autem ponitur in hac questione sequenti, cujus titulus sic legitur : *Questio : si A. potuisset creasse E. quod ita bene posset memorari, intelligere, et amare bonum, licet malum non esset, sicut modo, quando malum est. Solutio : Dico, quod E. etc.,* et finitur ita : *intelligere in aliis.*

Quarta pars est de questionibus, que formantur, et solvuntur juxta sexdecim modos in tertia parte enumeratos; et dividitur in sex questiones. Prima questio sic intitulatur : *Utrum Deus, sit, an non?* Sexta vero, et ultima ita : *De incarnatione filii Dei.* In margine huius exemplaris lego notatum, quod hic aliquae questiones ommittuntur, que in aliis exemplaribus extant. In exemplari de quo volumine 96, libro 3, leguntur tres questiones.

Quinta pars sic intitulatur : *De modis specialibus, et congruentibus describi in pagina in qua hec ars figuratur.* Et ita incipit : *sicut secunda figura ipsius I* etc. Dividitur autem in 30 rubricas juxta 30 modos speciales hic enumeratos.

Sexta pars sic intitulatur : *De questionibus que debent scribi in pagina ostendenti per figuras istam artem.* Dividitur autem in 62 questiones, quarum solutiones breviter indicantur juxta processum hujus artis. Ultima questio sic intitulatur : *quomodo nix et glacies generantur,* cujus solutio, et totus liber finitur his verbis : *sic aqua accedit plus in glacie ad suam simplicitatem, quam ad aliam speciem.* Totus autem liber occupat 30 folia.

[49]

Libër secundus

De cognitione particularis in suo universali secundum Artem demonstrativam. Vel liber propositionum secundum Artem demonstrativam compilatus. Vel ut colligo ex fine hujus libri : Ars inventionis omnium propositionum particularium in omni scientia. Vel Ars

inquirendi particulare in universalibus. Nota tamen quod iste ultimus titulus, licet sit valde cognatus primo, non tamen est titulus proprius hujus libri, sed alterius, qui sic incipit : *tum apud nos.* Huic ergo libro premittitur in hoc exemplari titulus iste : *Domine Deus Omnipotens, qui solus imperas ad te cognoscendum, et diligendum : Incipit liber de cognitione particularis in suo universali secundum Artem demonstrativam.*

Sequitur prologus sine titulo, sic incipiens : *Ab arte demonstrativa trahit hec Ars exordium.* Et finitur ita : *modum continet practicandi.* In hoc prologo premittitur totius divisio in quatuor distinctiones.

Prima distinctio est de dispositione figurarum Artis; et dividitur in decem partes, ut ait auctor, videlicet in decem figuras, quarum prima signatur per *I.*, secunda *A.*, tertia per *S.*, quarta per *V.*, quinta per *X.* Per *I.*, significatur figura principiorum. Per *A.* figura Dei. Per *S.* figura anime. Per *V.* figura virtutum et vitiorum. Per *X.* figura oppositorum. Sequentes quinque figure non significantur litteris sed nominibus propriis. Unde figura sexta nominatur figura Theologie. Septima, Philosophie. Octava, Juris. Nona, elementaris. Decima vero, et ultima, figura communis appellatur.

Secunda distinctio sic intitulatur : *De intentione Magistri, vel Auctoris hujus Artis.* Dividitur autem in decem rubricas, juxta decem figuras premissas in prima distinctione, de quarum singulis manifestat auctor suam intentionem, quare scilicet eas posuerit in hac arte.

Tertia distinctio sic intitulatur : *De modo discurrendi in hac Arte.* Dividitur autem in sex partes, ut ait auctor. Prima est de universalis investigatione. Secunda de particularis investigatione. Tertia de camerarum formatione. Quarta de figurarum compositione. Quinta de iudicio. Sexta vero, et ultima, de modo disputandi.

Quarta et ultima distinctio sic intitulatur : *De practica hujus Artis.* Dividitur autem in decem partes, juxta decem modos secundum quos firmantur propositiones, et questiones de supradictis decem figuris; quarum quilibet istarum decem partium adhuc secatur in duas particulas : prima est de propositionibus, secunda de questionibus, vel melius dicendum, quod hec quarta distinctio secatur in duas partes, in quarum prima ponuntur omnes propositiones decem figurarum. In secunda omnes questiones earumdem figurarum. Et rursus quilibet istarum partium secatur in decem particulas juxta uniuscujusque figure propositiones, et questiones : iste particule adhuc secantur in plures particulas, et quilibet particula in suas rubricas.

Titulus ultime rubrice est iste : *De jure in elementis;* sub quo titulo sic legitur : *questio : utrum elementorum operatio sit lumen Juriste? Questio : quis plus indigeat scire naturalia, vel medicus, vel Jurista? Solutio : forma, materia, instrumentum, esse, substantia, accidens;* Sequitur totius libri conclusio, sic incipiens : *In illius bonitate,* et ita terminatur : *et verus Deus, per omnia secula seculorum. Amen.* Totus liber occupat folia 34.

[50]

Liber tertius.

Lectura compendiosa super artem inveniendi veritatem, cujus titulus sic legitur : *Deus ad laudem, et gloriam tuam : Incipit lectura compendiosa super Artem inveniendi veritatem.* Sequitur titulus iste : *de figuris; et primo de figura S,* et ita incipit : *circa quod sciendum est.* Finitur vero : *accipiendo unum objectum ab altero.* Sequitur titulus : *De figura I,* et incipit : *In hac Arte Arte sunt principia;* finitur : *et equale dubitationi.* Sequitur titulus : *De figura A.* Incipit : *Hec figura significat Deum.* Finitur : *finem non*

habet de re. Sequitur titulus : *de figura V*; incipit : *est figura significans*; finitur : *propter finem ad quem sunt.* Sequitur *de figura X*, sic incipit : *X est figura composita*; finitur ita : *principia magis necessaria.* Sequitur *de figura I. et. Z.* Sic incipit : *I est veritas, et Z falsitas*; finitur ita : *sicut Beatissima Crux.* Hec videtur mihi prima pars, seu prima distinctio hujus libri, licet nullibi in hoc exemplari ejus divisio appareat.

Unde secunda pars seu distinctio potest incipere a titulo sequenti : *De definitionibus figure A.* ubi ponuntur definitiones omnium terminorum hujus figure. Sequitur : *De definitionibus figure I.* sub quo titulo definiuntur omnes termini hujus figure, quod etiam servatur sub titulis aliarum figurarum respective. Post definitiones terminarum cujuslibet figure, sequitur iste titulus : *De definitionibus quindecim modorum generalium.* Ultimus titulus, qui legitur in hac parte est iste : *De definitionibus triginta modorum (artis videtur deficere) compendiose.* Ultima definitio, que hic legitur est ordine 29 et ita habetur : *motus ordinalis est processus ordinalis, seu naturalis de potentia per habitum ad actum.* Tunc sequitur columna vacua, seu in albis, in qua nescio an deficiat aliquid, vel non; saltem definitio modi 30 videtur deficere.

Tertia pars, seu distinctio hujus libri, videtur incipere a capitulo, cui nullus premititur titulus, sed incipit per hec verba : *capitulum istud dividitur in duas partes*, de quo etiam apparet ejus divisio. In prima parte agitur de quatuor sensibus sacre scripture, juxta quos possunt exponi autoritates, que adduci valent contra resolutiones questionum factas per hanc artem. In secunda parte agitur de decem conditionibus servandis ut recte exponantur autoritates. Totum autem capitulum sic finitur : *finis ad quem predictae conditiones debent dirigi est cognoscere Deum et ipsum diligere, et timere, et sibi pre ceteris rebus honorem famulari.* Nescio tamen an totus liber sit ita finitus, vel non: unde si aliud exemplar apparet ea notabo, que hic manent dubia. Totus autem liber in hoc exemplari sex tantum continet folia. [51]

Volumen 22

Est manuscriptum caractere antiquo, in folio partim papireo, partim pergamineo, idiomate latino. Titulus ejus est aliquantulum longus; ita incipit : *Deus Sanctissime*; ita finitur : *incipit compendium Artis demonstrative.* Ex quo titulo, et fine libri constat quod vocatur : *compendium, seu commentum Artis demonstrative.*

Sequitur Prologus sine titulo, sic incipiens : *quoniam omnis scientia est de universalibus*; finitur ita : *sicut in tabula videri potest.* Liber iste ut apparet ex Prologo in tres secatur distinctiones.

Distinctio prima sic intitulatur : *De figuris.* Dividitur autem in duas partes in prima parte traditur explanatio figurarum grosso modo, et superficialiter. In secunda ponitur subtilis figurarum explicatio. Prima pars dividitur in undecim rubricas juxta numerum figurarum. Secunda pars etiam partitur in undecim rubricas, quarum quilibet in tres vel quatuor partes secatur. Secunda distinctio intitulatur : *De Regulis.* Hic agitur de quadraginta regulis, quibus Artista regulatur; dividitur autem in duas partes. In prima parte traditur unius tantum regule explanatio. In secunda relique triginta novem regule explanantur.

Tertia, et ultima distinctio sic intitulatur : *De questionibus.* Dividitur autem in triginta questiones, que duobus modis solvuntur juxta practicam hujus Artis, simulque

respondetur objectionibus, que contra illas fieri possunt. Hec ultima distinctio his finitur verbis : *super alias scientias additiva*. Sequitur : *De fine hujus libri*. Ita incipit. *Ad laudem et magnificentiam*. Ita finitur : *et defensionem Domini nostri Jesu Christi*.

Totus autem liber occupat 121 folia.

[52]

Volumen 23

Est manuscriptum caractere antiquo, in folio papireo, idiomate latino, et continet unum tantum librum. Quomodo autem vocetur liber iste non apparet ex titulo, quia in hoc volumine deficit primum folium. In fine autem libri sic legitur : *explicit Ars demonstrativa edita a Magistro Lullo*. Quoniam vero in catalogis operum Lulli due recensentur Artes demonstrative, una que ita intitulatur : *Ars demonstrativa veritatis*. Scripta Parisiis anno m.ccc.ix. et incipit ita : *quoniam hec ars demonstrativa*. Altera, que eodem titulo insignitur, incipit vero ita : *Finalis quidem*; nec dicitur ubi fuerit scripta: ideoque dubito an ars ista sit alia ab illis, vel illarum altera.

Ex toto autem processu hujus Artis, constat ipsam dividi in quatuor distinctiões. Prima distinctio potest intitulari : *De figuris*, ut colligo ex titulis rubricarum, in quas hec distinctio partitur, et ex variis figuris que in hac distinctiõe delineatur et explicantur.

Secunda distinctio sic intitulatur : *de conditionibus*. Et dividitur in duas partes ut ait auctor. Prima pars est de conditionibus, que conveniunt secunde figure elementalī; et dividitur in decem rubricas, juxta numerum camerarum ex quibus componitur secunda figura elementalī in prima distinctiõe delineata. Secunda pars est de conditionibus, que conveniunt secunde figure demonstrative, seu de conditionibus Artis : dividitur autem in viginti et octo rubricas juxta viginti octo cameras ex quibus constituitur secunda figura demonstrativa in prima distinctiõe delineata; his cameris secunde figure adduntur decem camere a prima figura demonstrativa. Unde omnes camere hujus secunde partis sunt triginta et octo, quibus correspondent viginti et octo rubricę in quas hec pars manet divisa. Rubrica vigesima quarta, que intitulatur : *De camera t. t.* dividitur in quinque partes, seu particulas : in prima agitur de triangulo livido. in secunda de triangulo viridi. In tertia de triangulo rubro; in quarta de triangulo croceo. in quinta de triangulo nigro. Ceterę autem rubricę hujus secunde partes omnes manent indivise.

Tertia distinctio est : *De intentione* et partitur in sexdecim rubricas, juxta sexdecim modos in quibus explicatur intentio.

Quarta, et ultima distinctio intitulatur : *De questionibus*, et partitur in duas partes; in quarum prima ponuntur 35 questiones, que ibi breviter solvuntur. Ante illas autem solvitur una questio, que est quasi proemialis, et intitulatur ita : *Questio : Utrum hec Ars sit demonstrativa*. In secunda parte ponuntur quam plures questiones, que per figuras solummodo solvuntur : unde earum solutio ad figuras remittitur. Ultima questio est *de Jure novo*; et intitulatur ita : *Quid sit Jus novum? Solutio : Novum, novum. Appetitus, actus. Digestio, alteratio. Majoritas finis*. Sequitur : *explicit ars Demonstrativa edita a magistro Lullo*. Totum autem volumen completur foliis 70.

[53]

Volumen 24

Est manuscriptum, caractere antiquo, in folio partim papireo, partim pergamineo diomate latino. Continet autem unum tantum librum : De anima rationali, de quo dictum est volumine 17, lib. 8. [54]

Volumen 25

Est manuscriptum, caractere antiquo, in folio papireo idiomate latino : continet autem sex libros seu tractatus differentes.

Liber primus.

cujus titulus non apparet, deficit enim primum folium; in capite autem secundi folii sic legitur : *De principiis, et gradibus medicine*. Dividitur autem in decem distinctiones, ut apparet ex toto libri processu. Folium secundum hujus exemplaris, in quo reperitur pars prime distinctionis sic incipit : *ne artem compendiosam redderemus prolixam*. Quomodo autem intitulatur hec prima distinctio non apparet.

Distinctio secunda intitulatur ita : *De triangulo rubro*. Incipit : *cum ista secunda distinctio, ut superius dictum est*. Dividitur autem in decem et octo rubricas.

Tertia distinctio intitulatur : *De Triangulo viridi*, et partitur in sexdecim rubricas.

Quarta distinctio intitulatur : *De majoritate, minoritate, et equalitate*, et secatur in novem rubricas.

Quinta distinctio intitulatur : *De modo investigandi gradus in medicina*, et partitur in quinque rubricas.

Sexta distinctio intitulatur : *De generatione et corruptione*, et partitur in quatuor capita.

Septima distinctio intitulatur : *De febritus*, et dividitur in sex articulos. Octava distinctio intitulatur : *De urina*, et secatur in quatuor articulos. Nona distinctio intitulatur : *De pulsibus*, et secatur in tres articulos. Decima et ultima distinctio intitulatur : *De methaforis*, et partitur in quatuor articulos : nescio tamen an hec distinctio sit manca. His autem verbis finitur : *dant medicinas*. Totus autem liber 18 foliis completur. [55]

Liber secundus.

De levitate, et ponderositate elementorum. Prologus sine titulo incipit : *Ad requisitionem medicorum civitatis Neapolitane istum tractatum fecimus*. Finitur ita : *ad solvendum*; ex prologo autem apparet, quod liber iste dividitur in duas partes.

Prima pars intitulatur : *De figura*, et manet in duodecim rubricas divisa. Secunda pars intitulatur : *De questionibus*, et manet in triginta questiones partita. Ultima questio, et totum opus terminatur his verbis : *quam aliquis aliorum humorum*. Totum opus continet octo folia. [56]

Liber tertius.

Ars medicine cujus prologus sic incipit : *ars ista hac intentione completa est, ut medicus sub comprehendio*; finitur ita : *per quem tractabimus ipsam*.

Sequitur totius artis divisio in duas partes : Prima est : *de figuris*, que partitur in sex figuras. Secunda pars est : *de questionibus*, que secatur in decem questiones : ista vero pars apparet valde manca, quia solum adest prima questio soluta. Unde totum opus solum occupat quinque folia. [57]

Liber quartus.

Intitulatur : *Liber nature*. Ejus prologus sic incipit : *cum natura sit valde*. Finitur ita : *ad naturales questiones solvendas*. Sequitur titulus : *De divisione libri*. Incipit ita : *dividitur liber iste in partes novem, scilicet, in novem questiones*. Prima questio intitulatur ita : *De quidditate nature*, et ultima ita : *De instrumentalitate nature*. Ultima questio, et totum opus finitur his verbis : *in novem questionibus hujus libri*. Continet autem folia quinque. [58]

Liber quintus.

De accidente, et substantia. Ejus prologus incipit : *quoniam per plures modos venati sumus divinam trinitatem*. Finitur : *que mutatio est impossibilis*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri*. Incipit : *liber iste in decem principia dividitur, que sunt unitas, bonitas, magnitudo, eternitas, potestas, intellectus, voluntas, virtus, veritas, gloria*. De his singulis una intitulatur rubrica, quarum ultima sic finitur : *ista tria vocamus Divinam Trinitatem*.

Sequitur totius libri conclusio sic incipiens : *Venati sumus Divinam Trinitatem*. Finitur ita : *ad diem judicii coram divina Trinitate*. Sequitur : *Ad laudem et honorem Dei finivit Raymundus istum tractatum in civitate Messane, mense octobris 1313*. Continet autem duo folia. [59]

Liber sextus.

De principiis Philosophie seu Ars compendiosa de Principiis Philosophie. Titulus secundus videtur proprius hujus libri, ut apparet ex ejus Prologo, tum quia sub primo titulo prodiit alter liber Lullii scriptus Majorice anno 1300 qui ita incipit : *Cum Philosophia est effectus prime cause*. Ars autem ista ita incipit : *cum intendamus Artem valde compendiosam componere*. Dividitur autem in duas partes principales, ut dicitur in prologo.

Prima pars est de probatione sexdecim principiorum, et eorum conditionibus; et dividitur in sexdecim distinctiones, juxta sexdecim principia, que probantur, et conditionantur. Quelibet autem distinctio secatur in duas partes, seu particulas; in prima namque probatur ipsum principium; in secunda conditionatur.

Secunda pars principalis est de conditionibus 120 camerarum ex quibus componitur figura hujus Artis : et dividitur in tot rubricas, quot sunt camere.

Post ultimam cameram legitur ita : *explicit ars principiorum Philosophie gratia et benedictione ipsius B. per quam exaltatur, et illuminatur intellectus humanus, ad questiones naturales faciendas, vel dissolvendas secundum quod in 20 questionibus explicare consequenter intendimus*. Ex quo apparet quod huic Arti adduntur viginti questiones, que ibidem per istam Artem solvuntur.

Soluta 20 et ultima questione, adhuc legitur ita : *expliciunt xx questiones predictae virtute ipsius B. Deinceps autem oportet monstrare de regulis que huic arti conveniunt*. Per 21 rubricam traditur doctrina de regulis, quarum ultima sic terminatur : *Virtute, et*

patrocinio ipsius B. Tandem sequitur : explicunt regule hujus Artis, et etiam Philosophie principia in benedictione Divina. Totus autem tractatus occupat folia 52. [60

Volumen 26

Est manuscriptum, caractere antiquissimo, et minutissimo fereque illegibili, in folio papireo, idiomate latino, continet unum tantum librum, cui premittitur titulus iste : *Deus gloriose, multum excellens cum vestra virtute, gratia, adjutorio, et benedictione : incipit hec ars, que est ad faciendum secreta naturalia, et rerum proprietates.* Unde liber iste convenienter appellatur : *Ars inquirendi secreta naturalia.* Ex quo titulo forte aliqui decepti sunt, putantes hanc esse artem *alchimie*, quod longe abest ab intentione auctoris, et artis; immo principalis intentio auctoris in hac arte est exaltatio fidei catholice, errorumque destructio, ut aperte colligitur ex prologo, et ex totius Artis processu.

Sequitur titulus : *De prologo.* Ita incipit : *Ars ista ab brevitate sequitur modum et doctrinam artis inventivę; et finitur ita : Nos autem submittimus scientiam istam correctioni ecclesie sacrosante, si forte in aliquibus erravimus, in quibus tamen scienter non credimus nos errasse.* Sequitur titulus : *De divisione hujus Artis.* Dividitur ergo in tres distinctiones, ut ait auctor ibidem.

Distinctio prima intitulatur : *De regulis*, et dividitur in decem rubricas, juxta decem regulas, que ibi explicantur; et sunt eedem que in arte tam brevi, quam magna hujus S. Doctoris traduntur.

Distinctio secunda intitulatur : *De figuris.* Partitur autem in quatuor capita, juxta numerorum figurarum. Caput primum partitur in duas partes. Prima de ordinatione figure, secunda de definitionibus principiorum absolutorum, ex quibus componitur figura; et hec secunda pars manet in novem rubricas divisa. Caput secundum etiam partitur in duas partes; prima est de ordinatione figure; secunda de definitionibus novem principiorum ex quibus integratur secunda figura. Unde hec pars manet in novem rubricas divisa. Caput tertium dividitur in tres partes. Prima est de ordinatione figure. Secunda de significationibus tertie figure et manet in 35 rubricas divisa. Tertia pars est de mixtione, que fit in tertia figura, et manet in 152 rubricas divisa. Caput quartum dividitur in duas partes : prima est de ordinatione quarte figure : secunda de applicatione quarte figure. Secunda pars adhuc dividitur in duas : prima est de applicatione per implicite, secunda de applicatione per explicite : hec secunda adhuc in duas : prima est de applicatione ad decem questiones de Deo, secunda de applicatione decem regularum ad cameras figurarum, et manet divisa in 35 rubricas.

Distinctio tertia intitulatur : *De questionibus.* Dividitur in duas partes : Prima de decem questionibus, quarum quilibet continet 200 paragraphos, seu parafos : Secunda continet 1000 questiones breviter solutas; ista vero secunda pars non apparet in hoc exemplari. Ultima verba prime partis que his apparent sunt ista : *juxta processum istius scientie, ad gloriam Domini Dei nostri.* Totum autem volumen continet 100 folia.

[61

Volumen 27

Est manuscriptum, caractere antiquo, in folio partim papireo, partim pergamineo, idiomate latino. Continet 202 questiones quodlibetales in quarum initio sic legitur : *in-*

cipiunt questiones editae ab illo venerabili Magistro Raymundo Lull Majoricensi. Unde liber iste comuniter appellatur : Questiones quodlibetales, seu pluribus et diversis materiis sumptas, ad presens opus adducere laboramus. Finitur ita : secundum quod ordo et rerum nobilitas postulat se tractari.

Questio prima intitulatur ita : *Utrum Deus sit?*; ultima vero, quae est 202 ita : *quod est majus vitium, aut avaritia, aut superbia?*; et finitur ita : *superbia excedit in malitia avaritiam, ut per se patet.* Totum autem volumen continet folia 98. [62]

Volumen 28

Est impressum, et continet sex tractatus, seu libros differentes omnes in folio : quatuor primi tractatus, seu libri simul prodierunt Parisiis per Guidonem Mercatorem, sumptibus, et expensis Joannis Parvi, anno 1499* die 10 Aprilis, ut dicitur in fine horum quatuor librorum. Duo vero ultimi libri, seu tractatus prodierunt simul ibidem anno 1505 die 20 decembris, ut legitur in fine totius voluminis.

Liber primus.

De laudibus Beatissime Virginis Marie. Aliter : *Ars intentionum* intitulatur ita : *Maria Dei Mater Virgo gloriosissima intentione te laudandi, honorandi, orandi, cognoscendi, et amandi hunc librum incipimus, quem amore tui librum de laudibus Beate Marie nuncupamus.* Incipit prologus sine titulo : *questiones, definitiones, laudes, orationes, et intentiones sunt hujus operis fundamenta.* Finitur ita : *ipsius Virginis gloriose.*

Sequitur figura, quae ita intitulatur : *Figura artis intentionum.* in qua ponuntur 30 principia, per quae totum opus dividitur in 30 capitula. Post capitulum 30 sequitur titulus iste : *De fine hujus libri.* Incipit : *cum laus, oratio, intentio, et eremita:* finitur ita : *et gloriose Virginis Marie ejus genetricis.*

Totus liber continet quinquaginta sex folia.

[63]

Liber secundus.

De Natali Pueri parvuli Iesu : de quo dictum est volumine 17, libro 5. Videatur ibi.

[64]

Liber tertius.

De clericis, vel liber clericorum, vel de militia clericali, vel clericus Raymundi, de quo volumine 17, lib. 7.

[65]

Liber quartus.

Appellatur *Phantasticus;* cujus titulus sic legitur : *Deus cum tua benedictione, librum disputationis Petri (deficit et) Raymundi incipimus.* Sequitur titulus : *Caput primum.* Incipit ita : *Accidit duos homines ad generale concilium euntes.* Caput sextum, quod est ultimum ita incipit : *Ordo est forma.* Finitur ita : *discesserunt ab invicem clericus, et Raymundus.* Sequitur : *Ad gloriam, et honorem Dei, finitus est presens liber a Remundo anno 1312 incarnationis Domini nostri Iesu Christi.* Continet autem quinque folia.

[66]

* En el ms. diu 1449.

Liber quintus.

Continet duos primos libros contemplationum in Deum, de quibus dicitur volumine 29. Exemplar istud latinum, et exemplar illud vulgare in omnibus concordare videntur quoad substantiam, materiam, et operis divisionem. In hoc exemplari impressum predictum opus occupat folia 85. [67]

Liber sextus.

De Amico et Amato : continet tot cantica seu versus amoris, quod sunt anni dies. Liber iste extractus est a tractatu de quinque statibus personarum, vulgo : *Blanquerna* de quo dictum est volumine 11, tract. 1, lib. 5. Solum noto, quod in hoc exemplari Parisiis impresso lingua latina aliquoties ponitur unum canticum, seu unus versus loco alterius, aliquando ex duobus fit unum aliquando e contra, et in hoc tantum discordare videtur ab exemplari impresso Valentie lingua valentina. Libellus iste in hoc exemplari continet 8 folia. [68]

Volumen 29

Est manuscriptum caractere antiquo, in folio papireo, idiomate lemovicensi, ita intitulatur : *Deus unit en Trinitat unida en humanitat, ab la vostre benediccio confians en la vostra ajuda, comensam senyor aquest libre, lo qual apellam libre de contemplacions en Deu.* Unde patet, quod liber iste dicitur : *liber contemplationum in Deum.*

Sequitur titulus : *comensa lo Prolech.* Incipit ita : *Jesu Christ senyor nostre*; ita finitur : *qui sots nostre senyor Deus.* Liber iste ut dicitur in Prologo dividitur in quinque libros, qui omnes simul continent quadraginta distinctiones, et omnes distinctiones simul continent 366 capitula. In hoc autem volumine tantum extant duo primi libri.

Liber primus incipit a prima distinctione usque ad nonam inclusive. Prima distinctio, que est de letitia continet primum capitulum usque ad laudem inclusive. Secunda distinctio tractat de infinitate Divina a capitulo quarto, usque ad quintum. Tertia distinctio agit de eternitate Divina a capitulo sexto, usque ad septimum. Quarta distinctio tractat de essentia Divina a capitulo octavo, usque ad decimum. Quinta distinctio agit de Trinitate a capitulo undecimo, usque ad decimum tertium. Sexta distinctio agit de Divinitate, et Divina potestate a capitulo quarto decimo, usque ad decimum octavum. Septima distinctio est de scientia Divina a capitulo decimo nono, usque ad vigesimum secundum. Octava distinctio tractat de veritate Divina a capitulo vigesimo tertio, usque ad vigesimum sextum. Nona distinctio, que est ultima hujus primi libri agit de bonitate Divina a capitulo vigesimo septimo, usque ad vigesimum nonum.

Liber secundus incipit a distinctione decima in qua agitur de creatione a capitulo trigesimo, usque ad trigesimum septimum. Distinctio undecima agit de ordinatione Divina a capitulo trigesimo octavo, usque ad quinquagesimum nonum. Distinctio duodecima de recreatione nature humane a capitulo sexagesimo, usque ad sexagesimum secundum. Distinctio tertia decima de voluntate Divina a capitulo sexagesimo tertio usque ad sexagesimum quintum.

Distinctio quarta decima de dominatione Divina a capitulo sexagesimo sexto, usque ad sexagesimum octavum. Distinctio quinta decima de divina sapientia, a capitulo sexagesimo nono usque ad septuagesimum primum. Distinctio sexta decima de Divina

rectitudine a capitulo septuagesimo secundo usque ad septuagesimum septimum. Distinctio decima septima de largitate Domini Dei nostri a Capitulo septuagesimo octavo, usque ad octogesimum secundum. Distinctio decima octava, de auxilio quod Dominus Deus noster dat hominibus, a capitulo octogesimo tertio, usque ad octogesimum sextum. Distinctio decima nona, de humilitate Domini nostri, a capitulo octogesimo septimo, usque ad nonagesimum secundum. Distinctio vigesima, de misericordia Divina, a capitulo nonagesimo tertio usque ad nonagesimum sextum. Distinctio vigesima prima de gloria paradysi a capitulo nonagesimo septimo, usque ad nonagesimum nonum. Distinctio vigesima secunda, et ultima hujus secundi libri agit de perfectione, et complemento Domini Dei nostri a capitulo centesimo, usque ad centesimum secundum.

Totum autem volumen completur 331 foliis.

[69]

V o l u m e n 30

Est manuscriptum caractere moderno specioso, spacioso, in folio papireo, idiomate latino. Continet unum tantum librum, qui intitulatur : *Ars amativa boni*. Sequitur : *De prologo*. Incipit : *Deus benedictus mundum creavit*; finitur : *Divine gratie conservari*. Sequitur titulus : *De divisione hujus operis*. Dividitur presens opus in quinque distinctiones.

Prima distinctio intitulatur : *De figuris* et partitur in quatuor rubricas juxta numerum figurarum.

Secunda distinctio, intitulatur : *De regulis* et dividitur in 18 capita, juxta numerum regulorum.

Tertia, de *Definitionibus*. Partitur in 18 rubricas, quarum quilibet secatur in tres paragraphos.

Quarta, de *conditionibus*. Partitur in 159 rubricas, sub quibus ponuntur 833 conditiones.

Quinta, et ultima distinctio est : *De questionibus*. Dividitur autem in duas partes; in prima ponuntur tot rubricae, quot in quarta distinctione sub eodem nomine, sub quibus rubricae extant tot questiones, quot sunt conditiones posite in quarta distinctione. Unde pro solutione harum questionum remittitur ad predictas rubricas, et conditiones quarte distinctionis, respective. In secunda parte ponuntur viginti questiones, quae ad longum solvuntur. In hoc autem exemplari, tantum extant octo prime questiones; ceterae autem duodecim deficiunt. Totum volumen continet : 100 folia.

[70]

V o l u m e n 31

Est manuscriptum in folio papireo, caractere aliquantulum antiquo idiomate latino. Non est opus Lulli, sed intitulatur : *Apologia doctrine lullianae adversus Nicolai Eymerici calumnias*. Ad SS. D. N. Sixtum Divina Providentia Papam quintum, et Filipum secundum Hispaniorum regem : Auctore Antonio Belver primario cathedratico, et canonico Penitentiario Majoricensi. Totus liber continet folia 350. In cujus fine adsunt approbationes Theologorum, cum licentia ordinarii Majoricensis ad instantiam juratorum Regni concessa, ut typis mandetur; quod usque nunc factum non vidimus, licet ad intelligentiam Lulli valde perutile judicemus.

[71]

Volumen 32

Non est opus Lulli, sed memoriale P. Busquets minorite lectoris jubilati, et Syndici in curia Romana pro causa Doctoris nostri. Est impressum caractere moderno in folio papireo, idiomate latino. [72]

Volumen 33

Memoriale Patris Joannis Riera. Vide volumen sequens. [73]

Volumen 34

Non est opus Lulli, sed quoddam memoriale in folio papireo impressum Palme Balearium apud Gabrielem Guasp 1627 a B. P. F. Joanne Riera Ord. minim. Theologo et Regni Balearici pro causa Lulli in curia Romana Syndico, compositum; et per juratos Regni Eminentissimi Cardinalibus oblatum. [74]

Volumen 35

Memoriale perillustris Domini Doctoris Petri Bennassar canonici Majoricensis impressum lingua Hyspana Majoricis anno 1691 in favorem vite, martirij, et doctrine D. lulli, et ad Regem Hispaniarum oblatum, continet privilegia Regia in Lulliane doctrine favorem. [75]

Volumen 36

Est impressum in folio papireo Parisiis per Guidonem Mercatorem, sumptibus et expensis Joannis Parvi, die 10 Aprilis 1499, continet quatuor libros differentes. Primus de laudibus virginis Marie. Secundus de natali pueri parvuli. Tertius clericus Remundi. Quartus phantasticus Remundi. De quibus volumine 28. [76]

Volumen 37

Est manuscriptum in folio pergamineo caractere antiquo idiomate lemovicensi; continet *tabulam generalem* de qua volumine 6, lib. 2. [77]

Volumen 38

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquo, idiomate latino. Continet tres libros.

Liber primus.

Tabula Generalis, de qua volumine sexto, libro secundo. [78]

Liber secundus.

Practica Tabule Generalis, cujus Prologus incipit ita : *Alphabetum tabule generalis*

finitur ita : *Practica ista in quinque partes dividitur; in figuras, definitiones, regulas, tabulam et questiones.*

Sequitur titulus : *De prima parte hujus libri que est : De figuris* ubi breviter explanantur quatuor figure.

Secunda pars *de definitionibus principiorum*, intitulatur, ubi breviter decem, et octo principia definiuntur.

Tertia pars secari valet in duo capita. In primo ponuntur decem regule. In secunda ponuntur duo modi applicandi terminos implicitos seu peregrinos questionum, ad principia explicita hujus Artis, seu practice, et ad regulas ejus.

Quarta pars est : *de Tabula, et ejus ordinatione*, ubi deficit tabula, que haberi potest ex Art magna.

Quinta et ultima pars est de questionibus; et partitur in duas distinctiones. Distinctio prima secatur in quinque capita. Caput primum : *De questionibus principiorum prime et secunde figure*. Caput secundum : *De questionibus regularum et earum solutionibus*. Cap. tertium : *De questionibus accidentis*. Cap. quartum : *De questionibus tabule et earum solutionibus*. Cap. quintum : *de questionibus columne I. T. F.*; questiones iste breviter ibi solvuntur. Distinctio secunda partitur in dua capita : primum : *de questionibus, que fiunt per columnas tabule*; secundum : *de practica questionum specialium, que solvuntur per questiones generales*. Pro solutione harum questionum secunde distinctionis remittitur auctor ad cameras columnarum tabule.

Sequitur totius libri conclusio : *Finita est hec Ars compendiosa ad honorem Dei Parisiis Anno Domini 1298 mense Januarii*. Totus liber completur viginti sex foliis, in quarto.

[79]

Liber tertius.

Intitulatur ita : *Deus omnipotens cum tua gratia, et benedictione facimus lecturam Artis, que intitulata est brevis practica tabule generalis*. Incipit prologus ita : *est autem ista lectura, etc.* Ibi ponitur divisio totius operis in terdecim partes.

Prima pars *de subjecto hujus Artis*, et manet indivisa.

Secunda pars : *De ordine hujus Artis*. Secatur in tres distinctiones. Prima est : *de figuris*, et partitur in quatuor rubricas juxta numerum figurarum. Secunda distinctio : *De Definitionibus principiorum hujus Artis*. Scinditur in decem et octo rubricas, juxta numerum principiorum. Tertia distinctio : *De declaratione regularum hujus Artis*. Partitur in decem rubricas, juxta numerum regularum.

Tertia pars : *de modo docendi hanc Artem*; et dividitur in duas particulas. Prima est *de modo legendi Artiste* et manet indivisa. Secunda : *De modo tradendi scholaribus lectiones hujus scientie* et partitur in quinque rubricas.

Quarta pars : *De investigatione*.

Quinta : *de inventione* a quibus brevissime se expedit Auctor.

Sexta pars : *de applicatione*; truncatur in tres distinctiones.

Prima *de applicatione principiorum, et regularum ad speciale quesitum*, secatur in decem questiones, quas breviter solvit Auctor. Secunda distinctio *de modo applicandi plures rationes ad unam et eandem conclusionem* : continet unicam questionem. Tertia distinctio : *De applicatione hujus scientie generalis, ad alias scientias particulares*. Sequitur in decem et octo capita.

Septima pars : *De modo significandi*. Octava, *De modo probandi*. Nona, *De modo miscendi*. Decima, *de modo multiplicandi*. Undecima : *De modo contrahendi*. Duodecima : *De modo disputandi*. Tertia decima, et ultima : *De modo declarandi* : que omnes indivise manent. Sequitur totius operis conclusio : Finivit Raymundus hanc lectionem in civitate Janue Anno Domini 1305 (In alio exemplari, de quo volumine 74 legitur 1303). Die 1 februarii ad honorem Jesu Christi, cui hoc opus et alia sua opera commendavit devote. Totus liber continet 54 folia, in quarto. [80]

Volumen 39

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquissimo, idiomate latino. *Ars magna, seu Generalis ultima*, de quo volumine decimo quarto. [81]

Volumen 40

Ars inventiva manuscripta in quarto papireo, caractere antiquo, idiomate latino. Vide volumen sextum, libro primo. [82]

Volumen 41

Manuscriptum in quarto, papireo, caractere antiquissimo, et fere illegibili, idiomate latino, continet duos libros.

Liber primus.

Ars compendiosa inveniendi veritatem. De qua volumine 21, libro primo. [83]

Liber secundus.

Tabula Generalis ad omnes scientias. Vide volumen 6, lib. 2. [84]

Volumen 42

Manuscriptum in quarto, papireo, caractere antiquo, idiomate latino, continet quatuor libros, seu tractatus distinctos.

Liber primus.

Dicitur *Liber intellectus*, cujus titulus sic legitur : *Deus cum tua gratia, et benedictione tue sanctissime Sapientie* : incipit *liber intellectus*. Sequitur prologus sic incipiens : *Quidam homo multum considerans*, etc., in fine cujus ponitur totius libri divisio per ista verba : *Iste liber prima sui divisione in tres distinctiones sit divisus. Prima est de arbore hujus et libri, et de definitionibus, et regulis artis generalis. Secunda de floribus, et principiorum, seu definitionum maximis, seu conditionibus regularum. Tertia vero de questionibus.*

Distinctio prima dividitur in tres partes. Prima : *de Arbore*, et manet indivisa. Secunda : *de definitionibus principiorum*, similiter indivisa manens. Tertia : *de decem regulis generalibus sive questionibus*, que secatur in decem rubricas.

Distinctio secunda partitur in tres partes. Prima *de floribus*, manet indivisa. Secunda *de principiorum seu definitionum maximis*, etiam indivisa. Tertia : *de regularum declaratione*. Secatur in novem rubricas.

Tertia et ultima distinctio, etiam tripartita manet. Hec distinctio fere tota deficit in hoc exemplari, paucis questionibus demptis, que videntur esse ultime et sub his titulis comprehenduntur : *De questionibus virtutum moralium*. *De questionibus vitiorum*. *De questionibus hominis*. Pro nunc non habeo aliud exemplar pro manibus. Quod si aliud reperio, notabo que hic desunt. [85

Liber secundus.

Ita titulatur : *Deus cum tua suprema delectatione, incipit liber de significatione*. cujus prologus incipit ita : *Significatio est ens*, etc.; in cujus fine ponitur totius operis divisio, per hec verba : *dividitur iste liber in tres distinctiones*. Prima est *de arbore, et de conditionibus significationis, et de principiis, et regulis artis generalis*. Secunda est *de floribus significationis, et de applicatione principiorum, et regularum artis generalis ad ipsam*. Tertia *de questionibus ejus*.

Distinctio prima manet tripartita. Pars prima est : *de Arbore significationis*, et manet indivisa. Pars secunda : *de conditionibus significationis*, que in decem rubricas scinditur. Pars tertia manet biparticulata. Particula prima : *de principiis eorumque definitionibus ad significationem applicatis*, et manet indivisa. Particula secunda : *De regulis, seu questionibus generalibus ad significationem applicatis*, et partitur in decem rubricas.

Distinctio secunda, in tres scinditur partes. Prima : *de floribus significationis* et partitur in 36 rubricas. Secunda : *de applicatione principiorum ad significationem*, et continet decem capita. Tertia : *de applicatione regularum ad significationem*. et continet decem rubricas.

Distinctio tertia et ultima est tripartita. Pars prima : *de questionibus florum* et habet 36 rubricas. Pars secunda : *de questionibus principiorum, et definitionum* et claudit decem rubricas. Pars tertia et ultima : *de questionibus regularum* et continet 10 rubricas.

Factus est iste liber (ait auctor in fine) in monte Pesulano mense februarii anno 1303. Totus liber continet folia 51. [86

Liber tertius.

Intitulatur ita : *Deus cum tua summa sapientia, et amore incipit liber de experientia realitatis ipsius Artis generalis*. Prologus sic incipit : *Quoniam experimentum est fundamentum*, etc. Finitur ita : *homo non potest uti de Arte generali*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri* : *Dividitur liber iste* (ait auctor) in septem distinctiones.

Distinctio Prima : *De figuris*, partitur in quatuor capita, juxta figurarum numerum. Distinctio secunda : *De principiorum definitionibus*, manet indivisa. Distinctio tertia : *de decem regulis, seu questionibus generalis*, manet indivisa. Distinctio quinta : *De novem subjectis*, continet decem capita. Distinctio sexta : *de applicatione*, continet quinque capita. Distinctio septima, et ultima : *De exemplis* habet duas partes : prima pars est *de experientia que datur litteratis, quod ars sit generalis*; secunda pars est *de questionibus*. Tandem sequitur epistola, quam auctor voluit associatam huic libro, que sic in-

cipit : *Quoniam fideles litterati*, etc., in qua auctor clare exponit suam mentem de demonstratione articulorum fidei.

Tandem sequitur : finivit Raymundus hunc librum in Monte Pesulano, anno 1308, mense novembris. Totus liber continet folia 30. [87]

Liber quartus.

Intitulatur ita : *Deus cum tua benedictione incipit liber de centum signis Dei*. Ejus prologus ita incipit : *Quoniam beatitudo hominum*, etc., finitur ita : *in processu hujus libri*. Sequitur : *de divisione hujus libri*. Liber iste (ait auctor) *in viginti* partes dividitur, etiam quilibet istarum partium erit in quinque signa subdivisa.

Pars prima est de angelis. Secunda, de celo. Tertia, de igne. Quarta, de homine. Quinta, de imaginativa. Sexta, de sensitiva. Septima, de vegetativa. Octava, de differentia, concordantia, et contrarietate. Nona, de principio, medio, et fine. Decima, de majoritate, equalitate et minoritate. Undecima, de potentia, objecto, et actu. Duodecima, de indivisione. Tertia decima, de syllogismo. Quarta decima, de fine. Quinta decima, de spe. Sexta decima, de charitate. Decima septima, de perfectione. Decima octava, de gratia. Decima nona, de justicia. Vigesima, de misericordia.

Factus fuit liber iste in civitate Pisana in Monasterio Sancti Dominici mense Maij, anno 1308. Totus autem liber continet folia 17. [88]

Volumen 43

Manuscriptum caractere antiquo, in quarto papireo, idiomate latino, continet tres libros differentes.

Liber primus.

De ascensu et de descensu intellectus. De quo volumine 17, libro primo. [89]

Liber secundus.

Liber iste extabat in hoc volumine sine titulo, nunc autem caractere moderno oppositus fuit ab aliquo titulus iste : *liber ad probandum qualiter Iudei sunt in errore*. Qui titulus colligitur ex prologo hujus libri, qui sic incipit : *quoniam Iudei credunt*, etc. *In libro isto* (ait auctor in prologo) *intendimus procedere tribus modis : scilicet cum auctoritatibus veteris legis, et cum problematibus, et cum preceptis probando, quod Iudei sunt in errore*. Hoc autem promittit auctor facere per 50 sermones, ut apparet in primo sermone circa medium. In hoc autem volumine solum extant 19 sermones breves, qui 17 folia occupant. Si in alio exemplari ceteri sermones apparent notabo illa que hic desunt. [90]

Liber tertius.

Logica parva cujus titulus sic legitur : *Gratia, et illustratione divina pullulat arbor scientie logicalis, cujus fructus est verum et falsum cognoscere, et unum ab altero discernere*. In aliquibus exemplaribus titulus iste aliquantulum immutatus, et in eo dicitur, quod arbor ista est in quinque arboribus inserta; quapropter in catalogis librorum divi Lulli communiter numeratur alia logica, quam vocant : *De quinque arboribus*. Puto ta-

men esse unam, et eandem, cum hoc sola differentia, quod in aliquibus exemplaribus video arborem istius *logice parve* in quinque arbores figurales distributam; in hoc autem exemplari arbor logicalis dividitur in quinque partes, videlicet, radices, truncum, branchas, flores et folia; que divisio juxta materiam et libri initium melior et consonantior apparet, et sub hac divisione impressa fuit *hec logica parva* in Academia Complutensi per Arnaldum Guillermum Brocarium anno 1518 in vigilia Apostolorum Simonis, et Iude.

Post supra dictum titulum statim premitit auctor logice definitionem his verbis: *logica est ars, et scientia cum qua*, etc. Sequitur titulus: *De radicibus arboris logicalis*, ubi agitur: de termino, et ejus multiplicitate, de predicabilibus, et predicamentis, et hec est prima pars hujus arboris.

Sequitur secunda pars, que sit intitulatur: *De trunca arboris logicalis*. Ubi de propositione, et ejus multiplicitate, de quantitate, et qualitate ejus, de conversione, et oppositione propositionum, de earum equipollentia; ubi etiam de propositione hypothetica sicuti etiam de modali.

Sequitur tertia pars, que sit intitulatur: *de branchis arboris scientie logicalis*. Ubi de suppositione, et aliis terminorum affectionibus, de demonstratione, ejusque multiplicitate.

Sequitur quarta pars, que intitulatur, *de floribus arboris logicalis, ex quibus nascitur fructus*. Ubi de argumentatione ejusque speciebus, de antecedente et consequente, de locis, et de regulis consequentie.

Sequitur quinta, et ultima pars, et intitulatur: *De foliis arboris logicalis custodientibus fructum a macula*. Ubi de paralogismo, et de fallaciis.

Tandem auctor concludit totum librum his verbis: hec arbor logicalis non habet in se ipsa fructum; quia fructus logice colligitur in scientiis altioribus ad quas logica ordinatur tamquam instrumentum ad opus. Totus autem liber continet folia 30. [91]

Volumen 44

De ascensu et de descensu intellectus. De quo volumine 17, lib. primo. [92]

Volumen 45

Manuscriptum in quarto, papireo, caractere antiquissimo, et minutissimo fere illegibili, idiomate latino continet 18 tractatulos, seu libros diversos.

Liber primus.

De compendiosa contemplatione, cujus titulus ita legitur: *Deus gloriosissime cum tua benedictione facimus istam compendiosam contemplationem*. Ejus prefaciuncula incipit ita: *cum sit creatus homo*, etc., finitur ita: *et Incarnationem*. Sequitur titulus: *De divisione hujus libri*. Dividitur autem liber iste (ait Auctor) in duas distinctiones.

Distinctio prima est *de Divina Trinitate* et manet in decem partes divisa, quarum quilibet ita incipit: *Die ac nocte*.

Distinctio secunda est *de Divina Incarnatione*; manet similiter partita, ejusque partes etiam incipiunt: *Die ac nocte*.

Liber iste, ait auctor in fine, finitus fuit in civitate Messane mense maij 1313. Totus autem liber continet folia 3. [93]

Liber secundus.

De Trinitate Trinissima, ejus titulus ita legitur : *Deus cum tua virtute virtuosissima facimus istum librum, que est de tua Trinitate trinissima*. Eius prooemium ita incipit : *Quoniam sancta fides catholica*, etc. Totus autem tractatulus partitur in decem rubricas, que unum tantum folium occupant. Factus fuit in civitate Messane mense novembris 1313. [94]

Liber tertius.

Intitulatur ita : *Deus cum benedictione tua incipit liber de quinque predicabilibus, et decem predicamentis*. Hujus prologus incipit : *Quoniam quinque predicabilia*, etc. Finitur ita : *ad inveniendam veritatem de predictis*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri : Dividitur liber iste*, ait auctor, *in duas distinctiones : in prima tractabimus de quinque predicabilibus, in secunda de decem predicamentis*.

Distinctio prima in quinque partes est divisa, juxta numerum predicabilium. Distinctio secunda in decem partes est divisa, juxta predicamentorum numerum. Factus fuit iste tractatulus in civitate Messane mense decembris 1313 et continet folia 3. [95]

Liber quartus.

Intitulatur : *Deus cum tua clementia pia facimus librum de tua justitia*. Prooemium incipit : *Justitia est forma*, etc. Finitur : *et super omnia diligamus*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri : Dividitur liber iste*, ait auctor, *in sex distinctiones*.

Distinctio prima est de Divina Trinitate. Secunda, de creatione mundi. Tertia, de Incarnatione. Quarta, de resurrectione. Quinta, de paradiso. Sexta, et ultima de inferno; que omnes indivise manent. Factus fuit in civitate Messane februarij 1313, et continet folia 3. [96]

Liber quintus.

Intitulatur : *Deus ineffabilis cum tua doctrina incipit liber, qui est de vita Divina*. Incipit Prologus : *Quoniam per plures modos*, etc. Finitur : *Divina Unitas est Divina vita, et sic de aliis*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri. Dividitur iste liber*, ait auctor, *in decem syllogismos. Primus syllogismus est de vita et unitate infinita. Secundus de vita magna infinita. Tertius de vita eterna infinita*, etc.

Factus fuit iste tractatulus in civitate Messane mense februarij 1313. Continet 1 tantum folium. [97]

Liber sextus.

Intitulatur : *Deus cum tua altissima glorificatione facimus de te definitiones*. Incipit prologus : *Definitiones Dei per plures modos*, etc. Finitur : *conscientiam de commissis*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri : Dividitur iste liber*, ait auctor, *in duas distinctiones*.

Distinctio prima est : De Divina Trinitate, et secatur in decem particulas, *De Divina Incarnatione*, et manet in decem particulas distributa. Factus fuit iste liber in civitate Messane mense septembris 1313, et continet duo tantum folia. [98]

Liber septimus.

Intitulatur : *Deus cum tua benedictione propter tuam bonitatem Divinam incipit iste liber, qui est de divinis dignitatibus infinitis et benedictis.* Sequitur prologus : *nullum majus bonum, etc.* Finitur ita : *in die judicij timorem habeat.* Sequitur titulus : *De divisione hujus libri : dividitur iste liber, loquitur Lullus, in duas distinctiones.*

Prima distinctio est de Trinitate. Secunda de Incarnatione. Utraque partitur in decem particulas, juxta numerum dignitatum per quas probatur Trinitas, et Incarnatio. Factus fuit iste tractatulus in civitate Messane mense octobris 1313; continet duo folia. [99]

Liber octavus.

Intitulatur : *Deus cum tua misericordia incipit liber de Divina memoria.* Ejus prologus incipit : *Quoniam de Divina memoria, etc.* Finitur : *de Divina memoria eterna notitiam habeant.* Sequitur titulus : *de divisione hujus libri.* Dividitur liber iste in quinque distinctiones.

Distinctio prima, de memoria humana. Secunda, de memoria divina per divinum intellectum investigata. Tertia, de memoria divina, per divinam voluntatem quesita. Quarta, de memoria divina, per Divinam Trinitatem lucefacta. Quinta, et ultima, de memoria divina, per divinas rationes ostensa; et dividitur in decem particulas juxta tot dignitates, per quas manifestatur in Deo dari memoriam eternam. Factus fuit iste liber in civitate Messane mense martij 1314 et continet duo folia. [100]

Liber nonus.

De substantia et accidente, de quo volumine 25, libro 5.

[101]

Liber decimus.

Intitulatur : *Deus cum tua benedictione incipit liber de lumine.* Prologus incipit : *quoniam intellectus multiplicat species etc.* Finitur : *cum qua alie scientie illuminantur.* Sequitur immediate sine titulo : *Dividitur iste liber in tres distinctiones.* Prima est de arbore et principiis et regulis et definitionibus principiorum artis generalis. Secunda est de definitionibus luminis, et decem regulis. Tertia, de questionibus de novem modis essendi, extra quos non est aliquid reperire.

Distinctio prima manet quatrimpartita. Pars prima est de arbore, seu candelabro, novem flores continente. Secunda de combinatione florum. Tertia de definitionibus principiorum. Quarta de decem regulis.

Distinctio secunda est bipartita. Pars prima de definitionibus luminis cum principiis subdividitur in 18 rubricas. Pars secunda de 10 regulis lumini applicatis in 10 rubricas secatur.

Distinctio tertia in novem capita secatur. Factus fuit iste liber in monte Pesulano mense novembris 1313 et continet folia 12. [102]

Liber undecimus.

Intitulatur ita : *Deus gloriosissime cum tua summa entitate facimus librum de ente absoluto.* Ejus prologus incipit : *Quoniam theologia per duas species, etc.* Finitur : *intel-*

lectum pigrum, atque accidiosum. Sequitur titulus : De divisione hujus libri : dividitur liber iste, ait author, in duas distinctiones.

Distinctio prima, de probatione Divine Trinitatis, partitur in decem rubricas. Distinctio secunda de probatione Divine Incarnationis manet similiter partita. Factus fuit in civitate Messane mense octobris 1313. [103]

Liber duodecimus.

Questiones Magistri Thome Attrebatensis. Liber iste non partitur ab authore, valet tamen in duas dividi partes. Pars prima erit de 50 questionibus quas predictus magister rogavit a B. Lullo solvi per artem, ut patet ex epistola Raymundi responsiva, huic operi prefixa, que sic incipit : *In Christo Domino nostro, et Beata virgine Matre ejus: Dilectissimo suo magistro Thome Attrabatensi Raymundus Lullij suus devotus salutem et Dei amorem. Vide Domine, etc. Finitur ita : Questiones valde bone sunt.*

Questio prima hec est : *cum Christus fuerit unum suppositum, quero, que fuit forma illius; cum fuerit ex duabus naturis, scilicet Divina, et humana.* Questio 50 et ultima hujus prime partis est ista : *cum Deus sit trinus, et incarnatus, quero, quare non fecistis in arte questionem de Divina trinitate et incarnatione?*

Secunda pars erit de definitionibus, quas ipse Magister Thomas a Raymundo petivit. Hec secunda pars potest incipere ab istis verbis in textu positis : *Magister Thomas vos misit mihi vocabula, que secuntur, ut definirem vobis per artem, etc.* Factus fuit iste tractatus Parisiis anno 1299 mense julij, et continet 8 folia. [104]

Liber 13.

Intitulatur ita : *In nomine sancte et individue trinitatis, ac ejus Divinarum dignitatum incipit ars, sive scientia generalis ad habendum certam cognitionem Dei, et rerum omnium creaturarum infusa per gratiam Sancti spiritus.* Ejus prologus incipit : *Ars, sive scientia ista, sicut in suo titulo dicitur, proprie a Deo, etc.,* Dividitur autem in novem partes, ut in eodem prologo dicit author.

Pars prima est de Alphabeto. Secunda, de principiorum definitionibus. Tertia, de regulis, et dividitur in decem rubricas. Quarta, de figuris, et secatur in quatuor rubricas. Quinta, de tabula, que septem columnis depingitur. Sexta, de mixtione principiorum. Septima, de applicatione terminorum implicitorum, sive peregrinorum ad terminos explicitos hujus artis. Octava, de novem subjectis, in quibus omnia continentur. Nona, et ultima, de questionibus subjectorum; et secatur in novem rubricas.

Sequitur totius libri conclusio : *Ad laudem, et honorem summe ac individue trinitatis, finivit Raymundus Lullus Majoricis istam artem.* [105]

Liber 14.

Declaratio Raymundi per modum dialogi inter ipsum, et Socratem. Vide volum. 18, lib. 2. [106]

Liber 15.

Intitulatur : *Deus ad te cognoscendum, et amandum incipimus librum de natura.* Factus fuit in Cipro, in civitate Famagosta mense decembris 1301. Vide volum. 25, libr. 4. [107]

Liber 16.

Questio : Utrum illud quod est congruum in Divinis ad necessariam rationem possit adduci, salvo fidei merito? Hanc questionem solvit Raymundus tribus modis. Unde hec questio tres paragraphos continet : § primus, incipit : *legimus in Symbolo Athanasij.* § secundus incipit : *legimus in prefato symbolo.* § tertius incipit : *legitur in symbolo duodecim Apostolorum.* Tota questio unum tantum continet folium. [108]

Liber 17.

Intitulatur : *Deus gloriosissime in omnibus bonis abundose incipit liber, qui est de consolatione eremitarum.* Ejus prologus incipit : *Per unam magnam sylvam,* etc. In hoc exemplari apparet materia hujus libri manca et truncata in principio, in medio et in fine; quod valui colligere est, quod hujus libri scopus est dialogus inter eremitam et Raymundum; eremita arguens contra fidei articulos, et Raymundus respondens, et articulos demonstrans. Si aliud exemplar apparet, notabo ea, que hic desunt. [109]

Liber 18.

Intitulatur : *Domine Deus noster Jesu Christe, ad laudem tuam reverentiam et honorem incipit liber iste, qui est de fine nominatus.* Cujus prologus incipit : *cum mundus in malo statu,* etc. Finitur ita : *suum imprimat intellectum.* Sequitur titulus : *De divisione hujus libri : dividitur, ait Author, in tres distinctiones.*

Distinctio prima : De disputatione, manet in quatuor partes divisa. Prima pars de ordinatione contra sarracenos. Secunda, contra Iudeos. Tertia contra Scismaticos; que secatur in tres capita : primum contra Grecos, secundum contra Jacobinos, seu Jacobitos. Tertium contra Nestorianos. Quarta pars contra Tartaros, seu Paganos.

Distinctio secunda, de modo bellandi, in septem partes est truncata. Prima pars de electione. Secunda, de regula a Bellatore observanda. Tertia, de quinque locis ad bellandum. Sexta, de predicatione. Septima, et ultima, de arte mechanica.

Tertia, et ultima distinctio in duas secatur partes et intitulatur : *De exaltatione intellectus.* Prima pars est de Arbore generali. Secunda, de viginti artibus specialibus descendentibus ab arte generali. Factus fuit liber iste in Monte Pessulano mense Aprilis 1305 et continet folia 20. [110]

Volumen 46

Tabula generalis ad omnes scientias applicabilis. De qua volum. 6, libro 2. [111]

Volumen 47

Manuscriptum, in quarta, partim papireo, partim pergamineo, caractere antiquo, idiomate latino. Continet duos libros diversos.

Liber primus.

Ars compendiosa inveniendi veritatem, de qua volumine 21, lib. 1. Non potui notare questiones, quas dixi non extari in quarta parte exemplari voluminis 21 quia in hoc volumine 47 deficiunt ille questiones quarte partis, immo, et quinta, et sexta pars hujus operis. [112]

Liber secundus.

Intitulatur ita : *Deus cum virtute tua, et ad honorem tuum incipit iste novus tractatus de Astronomia*. Noto quod iste liber est distinctus ab alio ejusdem authoris, qui vocatur : *Ars Astrologie*, quos immerito aliqui confundunt. Prologus hujus tractatus ita incipit : *cum plures sint homines, etc.* Sequitur titulus : *De divisione hujus tractatus. Astronomia*, ait author, *in duas partes dividitur*.

Pars prima de motibus, conjunctionibus, et obviationibus planetarum in signis. Secunda est de judiciis, que fieri poterunt per conjunctiones, et obviationes planetarum in signis. Iste due partes principales in alias, et alias minus principales dividuntur, et subdividuntur; iste autem divisiones et subdivisiones non satis apparent in hoc exemplari; quapropter divisio huic operi prefixa potius offuscat quam clarificat : Unde viso totius operis progressu eas sic congrue divido.

Prima pars principalis in quatuor distinctiones. Distinctio prima, *de duodecim signis celi*, continet duodecim rubricas. Secunda, *de septem planetis*, septem habet rubricas. Tertia, *de complexionibus planetarum per principia artis, seu tabule generalis*, septem habet rubricas. quarta, *de novem generibus questionum, cum quibus investigantur secreta astronomie*, continet 31 capitula.

Secunda pars principalis in sex distinctiones secatur. Distinctio prima, *de figura astronomie* que figura ponitur in hoc exemplari in principio totius voluminis ante librum primum. Distinctio secunda, *de subjectis judiciorum astronomie*. Tertia, *de conjunctionibus planetarum et signorum*; et continet 109 rubricas. Quarta *de aspectibus quos ad invicem habent planete et signa in obliquo*. Quinta, *de erroribus antiquorum astronomorum*, et continet tres capitulos. Sexto, et ultima, *de questionibus astronomicis*, et continet tria capita.

Sequitur totius libri conclusio ita incipiens : *Diximus de questionibus astronomie etc.*, et ita finiens : *Sed supponere quod tabula sit vera*. Factus fuit Parisiis anno 1298, mense octobris, et continet septuaginta novem folia. [113]

Volumen 48

Impressum Parisiis apud Jodocum Badium Ascensium. Continet tres libros divisos in quarto papireo, idiomate latino.

Liber primus.

Intitulatur : *Deus cum tua ope et gratia incipit Ars rethorica, que alchimia verborum nuncupatur*. Ita incipit : *ex tenebris lux ipsa emergit*. Dividitur autem in duas partes, nempe in subjecta et applicationes. Prima pars ita incipit : *Subjecta que plerique locos, seu terminos, sive res appellant*. Finitur ita : *Medicina est duplex theorica, etc. practica, etc.*, ubi ponuntur utriusque medicine divisiones et subdivisiones.

Secunda pars ita incipit : *est apud Vitruvium*. finitur ita : *bene concludere adhuc difficilius*. Sequitur titulus : *Oratio exemplaris*, ita incipit : *Socrates ille Philosophorum princeps*. Finitur ita : *sermonum ordinarum*.

Liber iste impressus fuit, ut dicitur ejus fine, ad xiiij kalendas decembris anni m.d.x.v. et continet folia 26. [114]

Liber 2.

Intitulatur ita : *Deus cum tua altissima sapientia et virtute incipit liber lamentationis philosophie*, cujus prologus ita incipit : *Principium illustrissimo ac Francorum Serenissimo Regi Domino Filippo*. Finitur ita : *de se ipsa notitiam habere possent*. Valet dividi hoc opus in duodecim capita, juxta duodecim principia, que author introducit hic de se ipsis loquentia.

Sequitur titulus : *conclusio libri* : ita incipit : *Postquam duodecim principia philosophie fuerunt locuta*; finitur ita : *dominas autem in bonam spem posuit, et Raymundum*.

Sequitur : *Ad laudem, et honorem Dei finivit Raymundus istum librum Parisiis mense februarij m.c.c.c.x incarnationis Domini nostri Jesu Christi*. Quem impressit Jodocus Badius ad xij kalendas martias anno ad calculum Romanum m.d.xvj. Continet autem folia 20. [115]

Liber 3.

Intitulatur : *Deus cum tua altissima sapientia charitate et gratia, incipit methaphysica nova, et compendiosa*. Ejus prologus incipit : *Quoniam quidem intellectus*. Finitur ita : *querere potest*. Sequitur titulus : *de divisione hujus libri rubrica prima*. In duas autem distinctiones partitur.

Distinctio prima de Deo, seu ente increato bipartita manet. Pars prima est de Deo per principia. Pars secunda, de Deo per regulas et continet decem rubricas. Distinctio secunda de ente creato seu secundo manet in octo partes divisa, quolibet autem pars in duas particulas secatur.

Sequitur : *Ad laudem, et honorem Dei finivit Raymundus istam Artem preintitulatam, que etiam potest dici de ente mobili Parisij mense Januarij anno m.c.c.c.ix Incarnationis Domini nostri Jesu Christi*. Impressit autem Jodocus Badius Ascensius Parisiis ad decimum Kalendas martias anno ejusdem salutis ad supputationem Romanam m.d.xvi et continet folia 18. [116]

Volumen 49

Impressum in quarto papireo, idiomate latino : Parisiis apud Petrum Bilbayne via Jacobea, sub signo Bone fidei Anno m.dc.xxxviiij. Intitulatur ita : *Rethoricorum Raymundi Lulli nova evulgatio, qua perspicua facilia que traduntur de omnibus, tum scientie tum eloquentie generalia principia*. Non videtur opus divi Lulli, sed potius commentum super ejus Rethoricam, et artem generalem, quis autem sit ejus author hic non apparet. [117]

Volumen 50

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquo, idiomate lemovicensi; continet tres libros diversos.

Liber primus.

De prima, et secunda intentione ad Filium. De quo volumine 17, libro nono. [118]

Liber secundus.

Cur Deus precepit Adamo ne comederet fructum, etc., de quo volumine primo, libro 10. [119]

Liber tertius.

Consolatio eremite, seu eremitarum. Videtur esse liber ille mancus in principio, medio et fine, de quo volumine 45, libro 17. In hoc autem exemplari integer apparet. Ejus titulus sic legitur : *Deus glorios de tots bens abundos, per vostra saviesa, è amor comensam aquest llibre, qui es de consolacio del ermita.* Prologus ita incipit. *Per un bosquetja anave Ramon.* Finitur : *vint exemplis, o capitols.* Postea premittit Raymundus ordinem dialogeticum servandum inter ipsum et eremitam. Ermita primo objeciens contra fidem sanctam catholicam et Raymundus rationibus necessariis objectiones solvens et Articulos fidei demonstrans. Quod per 20 capita prestatur. Factus fuit iste liber in civitate Messane, anno m.cccxij mense augusti, et continet viginti folia. [120]

Volumen 51

Manuscriptum caractere moderno, in quarto papireo, continet 5 tractatus diversos, quorum aliqui sunt idiomate latino, alii lemovicensi.

Liber primus.

Ars predicandi major, seu liber predicationis, de quo volumine octavo, libro unico. Solum noto, quod in hoc exemplari preter tabulam omnium sermonum cum suis thematibus positam in columine 8 ponuntur hic alii tres indices copiosissimi. Primus omnium locorum sacre scripture hic allegatorum. Secunda omnium passuum principium totius operis. Tertius rerum omnium notabilium per A. B. C. D. [121]

Liber secundus.

Continet varia opera metrica in laudem D. Raymundi Lulli, idiomate latino, et posunt dici septem hymni ad ejus honorem concinati. Preter hos hymnos, ex tot rithmis, plures continens versus exámetros, et pentámetros in laudem Doctoris Bartholomei Lulli canonici Majoricensis fundatoris collegii Beate Marie Sapientie in quo D. Raymundi Lulli doctrina omnes college profitentur. Hec opera metrica sex occupans folia; quis autem sit eorum auctor, hic non apparet. [122]

Liber tertius.

Intitulatur ita : *Deus, cum tua altitudine et magnitudine intelligendi, et amandi incipit liber qui est de Pater noster.* Ejus prologus ita incipit : *Cum Jesus Christus.* Finitur ita : *cognoscatur, et ametur.* Sequitur titulus : *De Divisione ejus libri.* *Dividitur liber iste,* ait auctor, *in octo partes, que sunt ipsius orationis Pater noster.* Et quilibet pars est thema et sermo, sive predicatio.

Factus fuit liber iste in civitate Majoricarum, anno 1312 mense octobris, et continet novem folia. [123]

Liber quartus.

Intitulatur : *Maria mater Christi, virgo pia, per tuum amorem incipit liber iste, qui est de Ave Maria.* Ejus prooemium incipit : *debitum est.* Finitur : *filiis Dei.* Sequitur titulus : *De Divisione hujus libri.*

Dividitur iste liber, ait auctor, *in septem partes, quarum prima est : Ave Maria. Se-*

cunda, gratia plena. Tertia, Dominus tecum. Quarta, benedictatu in mulieribus. Quinta, benedictus fructus ventris tui. Sexta, Spiritus Sanctus superveniet in te. Septima et ultima, et virtus Altissimi abumbravit tibi. De qualibet istarum intendimus facere unum Sermonem, eo, ut melius possimus declarare salutationem Angelicam.

Factus fuit libet iste in civitate Majoricarum anno 1312 mense octobris, et continet octo folia. [124]

Lib er quintus.

Intitulatur ita : *A honor è gloria de la verge Maria jas aquest libre appellat : Benedicta tu in mulieribus. Luce 2, V, 28.* Ejus prologus ita incipit : *entre les altres peraules.* Finitur ita : *ab que Deu ly ajud.* Sequitur titulus de la Divicio de aquest llibre.

Dividitur autem in octo partes. In prima probat author Beatam Virginem super omnes feminas benedictam fore, propter ejus conceptum, et nativitatem, quatenus originale peccatum non contraxit. In secunda declarat auctor, fore benedictam super omnes feminas, eo quia concepit filium Dei de Spiritu Sancto permanens ipsa virgo. In tertia manifestat sanctus Doctor, fore benedictam super omnes feminas, eo quia homo Deus ex ea natus fuit, quin virginitatis claustrum violaret. In quarta monstrat illustrissimus Magister fore benedictam super etc., eo quia vidit reges orientales filium ejus adorantes et munera offerentes. In quinta exprimit archangelicus preceptor, fore benedictam, etc., eo quia ipsa prima fuit, que filium suum resuscitatum gloriosum, et immortalem vidit. In sexta docet beatus Lullius fore benedictam, etc., eo quia vidit filium suum ad celos ascendere sua propria virtute. In septima tradit D. Raymundus, fore benedictam etc., eo quia vidit, et audivit Spiritum Sanctum a Filio suo missum super ipsam, et omnes Christi discipulos in specie ignis descendentem. In octava tandem et ultima parte, probat devotus Doctor fore benedictam etc., eo quia super omnes celos et Angelos assumpta fuit cum corpore, et anima.

Liber iste est devotissimus, et in eo extant suavissima colloquia inter beatissimam Virginem et nostrum sanctum Doctorem; continet autem triginta folia. [125]

Volumen 52

Impressum in quarto papireo, caractere antiquo, idiomate latino. Continet sex libros distinctos.

Lib er primus.

Logica parva et nova aliter logicalia parva. Vide volumen 43, libro tertio. [126]

Lib er secundus.

Liber correlativorum innatorum. Sic legitur titulus : *Deus cum tua benedictione incipit liber correlativorum innatorum.* Sequitur Prologus, incipit ita : *Quoniam ignoratis principiis, etc.* Finitur sic : *undecima et elementativa.* In eodem prologo continetur totius libri partitio in undecim distinctiones.

Distinctio prima, de principiis primitivis, veris, et necessariis. Secunda, de correlativis intraneis, primitivis veris et necessariis. Tertia, de toto universo corporali. Quarto, de Deo. Quinta, de Angelo. Sexta, de celo. Septima, de homine. Octava, de imaginativa.

Nona, de sensitiva. Decima de vegetativa. Undecima, de elementativa. Omnes distinctiones indivise manent, dempto quarta de Deo, que in duas rubricas secatur.

Sequitur : *finivit Raymundus hunc librum Parisiis ad Dei laudem et honorem in mense februario anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi 1310.* Totus autem liber continet septem folia. [127]

Liber tertius.

De ascensu et descensu intellectus. Vide volumen 17, libro 1.

[128]

Liber quartus.

Ars brevis, cujus titulus est : Deus cum tua gratia, sapientia, et amore incipit ars brevis, que est imago artis generalis, que sit intitatur : Deus cum tua summa perfectione incipit ars generalis ultima.

Sequitur : De Prologo. Ita incipit : *Ratio quare facimus istam artem brevem.* In hoc prologo ait auctor ita : *Dividitur iste liber in terdecim partes, in quas similiter ars magna est divisa.*

Prima pars est de Alphabeto, et manet indivisa. Secunda, de figuris et secatur in quatuor capita, juxta figurarum numerum. Tertia, de definitionibus principiorum artis. Quarta, de regulis artis. Quinta, de tabula. Sexta, de evacuatione tertie figure. Septima, de multiplicatione quarte figure. Octava, de mixtione principiorum, et regularum, que partes indivise manent. Nona, de novem subjectis, que in novem capita secatur. Pars decima, de applicatione, in duo capita manet divisa. Undecima pars, de questionibus, in duodecim particulas truncatur, quarum decem indivise manent. Undecima particula de questionibus subjectorum, partitur in novem capitula. Duodecima particula, de questionibus centum formarum, manet indivisa. Duodecima pars principalis, de habitatione Artis. Terdecima, et ultima pars, de modo docendi hanc Artem, et manet indivisa. Tandem sequitur titulus : *De fine hujus libri* sub quo ponit auctor se finisse librum Parisiis in monasterio Sancti Dominici mense Januarij, anno m.cccvij. [129]

Liber quintus.

De Anima Rationali. Vide volumen 17, libro octavo.

[130]

Liber sextus.

Vita sancta Doctoris Raymundi Lulli.

[131]

Volumen 53

Liber contemplationum in Deum. Vide volumen 29. Noto tamen, quod volumen istud est in quarto, papireo, caractere moderno manuscripto, idiomate lemovicensi, et preter duos primos libros contemplationum de quibus predicto volumine 29 continet tertium librum.

Tertius iste liber incipit a distinctione 23 inclusive, in qua agitur de sensu visus a capite 103 usque ad 124. Dist. 24 de auditu, a cap. 125 usque ad 127. Dist. 25 olfactus, solo cap. 128 est contenta. Dist. 26 de gustu, solo cap. 129 est contenta. Dist. 27 de tactu, a cap. 130 usque ad 148. Dist. 28 de cogitatione, que est sensus spiritua-

lis, seu intellectualis hominis, a cap. 149 usque ad 168. Dist. 29 de modo quo homo cognoscit de novo, et percipit res, quas vult intelligere, et percipere, a cap. 169 usque ad 206. Dist. 30 de conscientia, a cap. 207, usque ad 213. Dist. 31 de subtilitate hominis, a cap. 214 usque ad 219. Dist. 32 que est ultima hujus tertii libri, agit de animositate, et fervore hominis, a cap. 220 usque ad 226.

Totum autem volumen cum tabula, que ponitur in fine continet 360 folia. [132]

Volumen 54

Manuscriptum in quarto papireo, charactere moderno, idiomate lemovicensi; continet librum quintum contemplationum in Deum et incipit a distinctione 39 inclusive, que agit de amore a cap. 269 usque ad 314. Dist. 40 de adoratione a cap. 315 usque ad cap. 365 quod est penultimum caput totius operis contemplationum in Deum. cap. 366 *qualiter refertur tenor hujus operis contemplationum in Deum ad laudem et gloriam Domini Dei nostri*. Istud est ultimum caput totius operis ceteris capitulis adjunctum, propter rationem ab authore traditam in prologo totius operis; et manet quartipartitus.

Pars prima, de bonitate hujus libri. Secunda, quomodo demonstratur liber iste. Tertia, quomodo contemplatur iste liber. Quarta, et ultima, quomodo homo agit Deo gratias ob librum istum contemplationum.

Noto tamen, quod in hoc volumine deficit fere tota distinctio 40 que est ultima totius operis; et per consequens capitulum 366 cum suis quatuor partibus. Si veniat aliud exemplar ad manus, ea notabo, que hic deficiunt. [133]

Volumen 55

Manuscriptum in quarto partim pergamineo, partim papireo, charactere antiquo, idiomate latino, duos continet distinctos libros.

Liber primus.

Ita intitulatur : *Deus gloriose propter tuum amorem hunc librum facimus, qui vocatur de Deo*. Videtur deficere : *et Jesu Christo*. Fecit enim author alium librum, qui vocatur : *de Deo* et incipit : *Apellamus autem ens*. Iste vero de quo loquimur, incipit : *cum sit finis principalis*. Librum istum, ait auctor in Prologo, *in duas partes dividimus*.

Pars prima de Deo secundum ejus essentiam, proprietates, dignitates et earum actus. Et secatur in decem questiones generales artis Lulliane, quarum quilibet per decem rationes solvitur. Pars secunda, de Domino nostro Jesu Christo, secundum ejus Incarnationem, et alias operationes manetque similiter divisa sicut pars prima.

Sequitur : *et finitus est in civitate Majoricarum in mense decembris, anno Domini nostri Jesu Christi. m.ccc.* Post libri finem legitur titulus iste : *De practica, cum qua damus modum solvendi questiones artificialiter per hunc librum*. Et partitur in duas rubricas; in prima excitat author decem questiones, quas remittit ad primam partem hujus libri, ut ex ea illarum solutiones extrahantur : hoc facit in secunda, respective ad secundam partem. Totus autem liber completur folia 63. [134]

Liber secundus.

De anima rationali. Vide volumen 17, libro octavo.

[135]

Volumen 56

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquo, idiomate latino; continet decem distinctos libros.

Liber primus.

Reprobatio aliquorum errorum Averrois; cujus titulus est : *Deus cum tua gratia, et benedictione, et indeficienti auxilio incipit liber reprobationis aliquorum errorum Averrois, quos contra Christi fidem sanctam catholicam aliqui nituntur inducere.* Sequitur prologus ita incipiens : *Quoniam Christianos fideles, etc.,* et finitur : *infrascriptis.* Sequitur titulus : *De divisione hujus libri.* Dividitur iste liber, ait auctor, in duas distinctiones.

Distinctio prima in qua ponuntur aliquae propositiones, quae evidentur probantur. Et dividitur in septem partes, seu particulas. *Distinctio secunda, in qua improbantur decem opiniones Averrois, et ejus argumenta solvuntur, et secatur in decem partes.*

Tandem sequitur totius libri conclusio in qua author istum librum commendat Domino Pape Clementi V. et Francorum Regi Philippo. Ipsum librum finisse dicit, anno m.ccc.x. mense julij in civitate Parisiensi. Continet autem folia 17. [136]

Liber secundus.

Intitulatur ita : *Deus cum tua altissima, et profunda perseitate et finalitate incipit liber, qui est de ente, quod simpliciter per se, et propter se est existens, agens.* Hujus prologus incipit : *quoniam Deus, etc.* Finitur : *ordinata, et facienda.*

Hunc librum proponit auctor in prologo presentare consilio Viennensi sub Clemente V. Sequitur : *De divisione hujus libri.* Dividitur iste liber, ait author, in sex distinctiones.

Distinctio prima, De definitionibus Dei, et secatur in decem partes, seu potius particulas juxta numerum divinarum dignitatem, quae definiuntur. *Distinctio secunda: De regulis, sive maximis per se notis, et manet divisa sicut prima.* *Distinctio tertia: De syllogismis veris et necessariis manetque similiter partita.* *Distinctio quarta, de aliquibus erroribus averrois et secatur in decem articulos, juxta numerum errorum reprobatorum Averrois : quilibet articulus subdividitur in quatuor subarticulos in quarum primo probat author mysterium fidei, contra quod errat Averres, per definitiones datas de Deo in prima distinctione.* In secunda subarticulo, hoc idem facit per regulas, seu maximas per notas, traditas in secunda distinctione. In tertio idem prestat per syllogismos veros, et necessarios adductos in tertia distinctione. In quarto tandem subarticulo rationes Averrois dissolvit.

Distinctio quinta, de questionibus, et dividitur in decem questiones, quas auctor excitat, et solvit, per primam, secundam, et tertiam, distinctionem hujus libri ut det exemplum ad alias solvendas. *Distinctio sexta, et ultima, de orationibus et partitur in decem rubricas, juxta numerum ordinationum, quas sanctus Doctor proponit presentare in consilio Viennensi sub Clemente V.*

Tandem sequitur titulus : *De fine hujus libri*. Incipit ita : *multa autem alia bona*. Finitur ita : *Ad laudem et honorem Dei finivit Raymundus istum librum in mense septembris anno m.cccxj*, etc. Totus autem liber continet folia 29. [137]

Liber tertius.

Hujus titulus est : *Deus cum tua profunda et altissima veritate incipit liber facilis scientie*. Prologus incipit : *manifestum est quod*, etc.; finitur : *quid sequitur in conclusione*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri*. Dividitur iste liber, ait auctor, in decem partes, juxta numerum Divinarum dignitatum, et omnes indivise manet.

Sequitur in fine : *Ad laudem, et honorem Dei finivit Raymundus istum librum, Parisiis mense junij anno m.cccvj*, etc. Totus autem liber continet folia 7. [138]

Liber quartus.

Intitulatur ita : *Deus cum tua benedictione et virtute incipiunt questiones facte supra librum facilis scientie*. Sequitur Prologus. Ita incipit : *Quoniam liber facilis scientie*. finitur : *per ipsa novem subjecta*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri*. Dividitur iste ramusculus, ait author, in novem partes, juxta novem subjecta artis Lulliane, de quibus fiunt questiones hujus libri. Omnes partes indivise manent, dempta ultima, que secatur in tria capita. Tandem sequitur : *ad laudem, et honorem Dei finivit Raymundus Parisiis questiones predictas implicatas ad librum facilis scientie*. Continet dictus liber folia 5. [139]

Liber quintus.

Ita intitulatur : *Deus cum tua altissima sapientia, et potestate incipit liber de Deo ignoto et de mundo ignoto*. Prologus incipit : *Ad ostendendum*. Finitur : *extrinsecam, et habitus*. Sequitur : *De divisione hujus libri* : *Dividitur autem iste liber in duas distinctiones*, ait auctor, *Distinctio prima de ignorantia, et cognitione Dei*. et partitur in viginti partes, seu particulas. *Distinctio secunda, de ignorantia, et notitia mundi*; et secatur in quadraginta particulas. Totus autem liber continet folia 12. Finivit Raymundus istum librum ut dicitur in fine, *Parisiis mense Junii anno m.cccxj*, etc. [140]

Liber sextus.

Incipit absque titulo : *Per istas fallacias possunt*, etc. Non premittitur huic libro aliqua divisio, nec in processu divisus apparet. Ponitur in fine totius libri conclusio per hec verba : *Dicimus de fallaciis*, etc.; non apparet ubi et quando factus sit iste liber, qui *De fallaciis*, nominatur : si appareat aliud exemplar notabo que hic deficiunt. Completur autem 5 foliis. [141]

Liber septimus.

Questiones magistri* Thome Attrebatensis. Vide volumen 45, libro 12. [142]

Liber octavus.

De congruo adducto ad necessariam probationem. Vel questio : *Utrum illud, quod est congruum in Divinis, ad necessariam probationem possit adduci, salvo fidei merito*. Vide volumen 45, libro sexto decimo. [143]

* El ms. porta : Magnj. BARCELO va resoldre malament l'abreviatura.

Liber nonus.

Intitulatur : *Deus cum tua sanctissima perfectione et simplicitate incipit liber, qui est de infinita et ordinata potestate.* Prologus incipit : *Quoniam multi sunt, et finitur: non possimus.* Sequitur titulus : *De divisione hujus libri.* Dividitur liber iste, ait author, in tres distinctiones.

Distinctio prima de predicationibus per duodecim principia, et secatur in quatuor capita, et unum contrasectorium in quo per quinque rationes ex predictis predicationibus deductas probatur Trinitas. Distinctio secunda, *de aliquibus fidei Articulis* et dividitur in tres articulus, qui probantur rationibus extractis a prima distinctione. Distinctio tertia, *de questionibus Dei*, et partitur in duas partes in prima excitantur, et breviter solvuntur questiones de Deo ad intra; in secunda de Deo ad extra. *Finitur Raymundus*, ait ipse, artem istam in civitate Messane, mense novembris m.cccxiiij. etc. Totus liber continet folia 12. [144]

Liber decimus.

De Divina existentia, et agentia. Vide volumen 17, libro 12. [145]

Volumen 57

Manuscriptum, in quarto partim papireo, partim pergamineo, caractere antiquo, idiomate latino, continet *Compendium, seu commentum Artis demonstrative.* Vide volumen 22. [146]

Volumen 58*

Impressum Valentie, per Joannem Jofredum Anno m.d.x. pridie Kal. majas, in quarto, papireo, idiomate latino. Continet quatuor libros, seu tractatus distinctos, et in fine quoddam transumptum sententie definite, in Lulli et Lulliane doctrine favorem.

Liber primus.

Intitulatur : *Deus cum tua gratia et benedictione incipit disputatio Raymundi Lullij Christiani, et Homerij Sarraceni, edita primum in sermone Arabico in civitate Bugie.* Sequitur prefatio, ita incipit : *Quidam homo christianus.* Finitur : *et ita fecit.* Sequitur : *Divisio operis.* Dividitur liber iste, ait auctor, in tres partes.

Pars prima de *positione principiorum Sarraceni, et Christiani*, manet indivisa. Secunda pars *De disputatione Christiani et Sarraceni.* Et dividitur in duas distinctiones : in prima Christianus et Sarracenus ad invicem arguunt; et Christianus Sarraceni objectiones solvit; et partitur in 38 capita. In secunda distinctione Christianus per 40 signa confirmat suam legem esse veram. Et valet dividi in quinque sectiones. Sectio prima scinditur in decem capita, juxta decem decalogi mandata. Sectio secunda in septem capitula, juxta septem ecclesie sacramenta. Sectio 3 in septem capita, juxta septem virtutes principales. Sectio 4 in septem capita juxta septem peccata capitalia. Sectio 5 et ultima in novem capitula, juxta novem ecclesie catholice ordi-

* Tal com mostra la comparació amb ROSENT-DURAN, *Les edicions Lullianes*, pàg. 18, n. 14, BARCELÓ ha procedit un poc lliurement en les seves citacions.

namenta. Pars tertia de ordinatione, seu fine hujus libri, cum exortatione ad principes christianos; et manet unipartita.

Tandem sequitur : anno Domini m.cccviiij. finivit Raymundus istum librum secundo in sermone latino, Parisiis in Monasterio S. Dominici in mense Aprilis; quem primo composuerat in lingua arabica una cum Homerio Sarraceno in civitate Bugie. Totus liber continet 38 folia. [147]

Liber secundus.

Intitulatur : *Deus cum tua gratia, et benedictione incipimus tractatum de demonstratione per equiparantiam, quod in Divinis sit distinctio.* Prologus : *Quoniam quidquid, etc.* Finitur : *et verum christianus.* Immediate post prologum ante operis divisionem respondet author ciudam objectioni desumpta ex illa Gregoris : *Fides non tollit meritum ubi humana ratio prebet experimentum.* Et incipit ita : *Sed quia aliqui.* Finitur vero : *ad principale intentum veniamus.* Sequitur titulus : *Divisio. Partitur liber iste, ait auctor, in tres distinctiones.*

Distinctio prima in qua probatur distinctio in Divinis; et manet indivisa. Distinctio secunda, in qua probatur, quod persone Divine sint tres, nec plures, nec pauciores, manetque indivisa. Distinctio tertia, et ultima in qua probatur quod tres persone sunt Pater, Filius et Spiritus sanctus, et manet impartita. Tandem sequitur : *Finivit Raymundus Lullius istum librum in monte Pesulano mense martij, anno m.c.c.c.iiij, etc.* [148]

Liber tertius.

Intitulatur : *Deus abundans et perfectus in omnibus in virtute tue gratie incipit disputatio quinque hominum sapientium.* Proemium. *In quadam silva, etc.* Finitur : *disputare inceperunt.* Sequitur titulus : *De divisione totius disputationis que,* ait auctor, *in quatuor dividitur partes.* Pars prima, *de processione Spiritus Sancti a Filio contra Grecos,* continet undecim capita. Pars secunda, *de disputatione Latini, et Nestorini,* continet capita undecim. Pars tertia, *de disputatione Latini, et Jacobini,* continet undecim capita. Pars quarta, et ultima, *de disputatione Latini, et Sarraceni,* et secatur in duas partes minus principales. Prima pars de beatissima Trinitate, in tres particulas secatur. Pars secunda, *de incarnatione,* in duas particulas dividitur. In prima per viginti rationes probatur Incarnatio. In secunda respondet author objectionibus, que possunt fieri a Sarraceno.

Tandem sequitur : *finivit Raymundus Lullius hunc librum in civitate Neapolitana Anno 1294.* Totus liber continet folia 37. [149]

Liber quartus.

De substantia, et accidente. Vide volumen 25, libro 5. Post hos tractatus extat transumptum de quo supra initio hujus voluminis. [150]

Volumen 59

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquo, idiomate latino. continet octo libros.

Liber primus.

De Predestinatione, cujus prologus incipit : *Quoniam plures homines; finitur ita; eorum malitia extirpari*. Sequitur sine titulo, totius operis divisio : *Dividitur liber iste, ait auctor, in tres distinctiones*. Distinctio prima *de novem principiis, et decem regulis artis generalis* : et manet indivisa. Distinctio secunda, *de ideis*, manet tripartita. Distinctio tertia, et ultima, *de sapientia, justitia et perfectione Dei*, manet quatripartita.

Finivit Raymundus, ait ipse, *istum librum anno Domini millesimo, etc., mense Aprilis*. Hoc anno ad huc non erat natus D. Lullius : unde videtur corrigendus annus ex aliis exemplaribus, quod si appareant prestabimus; quia ante Lullum evidens est ex libri processu, quod non potuit componi liber iste : immo ex discurrendi modo apparet moraliter evidens esse Lulli; continet autem folia 7. [151]

Liber secundus.

De ordinatione superioris, et inferioris : non est opus Lulli, sed alicujus lulliste, ut aperte constat ex prologo, et fine libri. [152]

Liber tertius.

Intitulatur : *O Deus qui es tua essentia et tuum esse fac istum librum, qui est de tua essentia et de tuo esse*. Ejus prologus incipit : *Dicitur, quod in hac vita*. Finitur ita : *erit per impossibile*. Sequitur : *De divisione hujus libri*. *Dividitur liber iste, ait auctor, in decem distinctiones*. Distinctio prima, *de conversione abstracti et concreti*, ut puto, *de Divina essentia et Divino esse*. Distinctio secunda, *de conversione Divine unitatis et Divine bonitatis*, etc. Distinctio tertia, *de conversione concretorum*. Distinctio quarta, *de conversione unientis, bonificantis*, etc. Distinctio quinta, *de conversione unificati, bonificati*, etc. Distinctio sexta, *de conversione actuum*. Distinctio septima, *de Divina Trinitate*. Distinctio octava, *de communitate, essentie et esse*. Distinctio nona, *de numero divinarum rationum*. Iste distinctiones manent omnes indivise.

Distinctio decima, et ultima : *De ente absoluto*, et dividitur in decem rubricas juxta decem lumina, ex decem distinctionibus hujus libri exorta, per que lumina intellectus agnoscit Deum esse ens absolutum. Tandem sequitur : *finivit Raymundus librum istum in civitate Messane, mense decembris, anno m.ccc.xiij. etc.* Continet folia 7. [153]

Liber quartus.

Intitulatur ita : *Deus cum tua sapientia et charitate gratia et benedictione incipit liber, qui est de convenientiis, quas habent fides et intellectus in objecto*. Prologus incipit a libri divisione sic : *liber iste dividitur in tres partes*. Finitur : *sic dicendo*.

Pars prima, *de quibusdam dicendis contra illos, qui dicunt, quod fides non debet probari*, et manet indivisa. Pars secunda, *de probatione quorundam Articulorum fidei*. In duodecim syllogismos manet divisa. Pars tertia, *de narrationibus intentum confirmantibus*, manet indivisa.

Sequitur totius libri conclusio. Incipit : *Ad honorem, etc. finivit Raymundus istum librum in Monte Pesulano mense martij m.cccij.* Continet folia quatuor. [154]

Liber quintus.

Demonstratio per equiparantiam de distinctione in Divinis. Vide volumen 58, libro 2. [155]

Liber sextus.

Intitulatur ita : *Deus cum tua gratia et auxilio incipit liber de Trinitate, unitate pura, sive de essentia tua.* Cujus prologus incipit : *quoniam in fidelis.* Finitur ita : *et perfectionem.*

Totus liber secatur in decem rubricas, juxta decem probationes per quas probat auctor cum unitate Divina essentia consistere trinitatem personarum. Quelibet probatio incipit ita : *Omne ens.* Sequitur : *et finivit Raymundus istum librum apud Montem Pesulanum mense aprilis anno m.ccc.x.* Continet tres folia. [156]

Liber septimus.

De Divina memoria. Vide volumen 45, libro octavo. [157]

Liber octavus.

De Substantia, et accidentis. Vide volumen 25, libro 5. [158]

Volumen 60

Manuscriptum, continet librum, de fine. Vide volumen 45, libro 18. [159]

Volumen 61

Impressum, continet sententiam definitivam in favorem Lulli, et contionem idiomate Hispano et ejus laudem. [160]

Volumen 62

Manuscriptum : dialogus super quodam artificio nature edictus a Jacobo Oleza Majoricensis. [161]

Volumen 63

Manuscriptum : expositio artis lulliane, cujus auctor non apparet. [162]

Volumen 64

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquissimo, idiomate latino; continet declarationem per modum dialogi inter Raymundum et Socratem editam contra aliquorum philosophorum, et eorum sequaces opiniones erroneas et damnatas a venerabili Patre Domino Episcopo Parisiensi. Vide volumen 18, libro 2. [163]

Volumen 65

Manuscriptum in quarto papireo, caractere moderno, idiomate latino. Continet plures tractatus sed unicum D. Lulli, qui dicitur : *Phantasticus* vel *Disputatio Petri clerici et Raymundus laici.* De quo volumine 28, libro 4.

Alij tractatus sunt : Primus tractatus : De sacre scripture intelligentia : auctore Antonio Segui lullista. Secundus tractatus : quatuor epistole venerabilis Patris Raphael-

lis Serre minorite vulgari sermone. Tertius tractatus : Brevis recapitulatio misteriorum vie sacre vulgari sermone. Quartus tractatus. Elucidatio ad Artem generalem Lulli; cujus auctor ignoratur. Quintus tractatus : De bonificare, ubi de voluntario et involuntario, cujus auctor et lullista. Sextus tandem tractatus : De voluntate. Auctore fr. Antonio Rubi, ordinis Predicatorum. [164]

Volumen 66

Impressum. Non est opus Lulli, continet archiolegium vite, doctrine et martirij nostri Sancti Doctoris Lulli authore Patre fr. Bonaventura Armengual minorita Majoricensi. 2 : Certamen dialecticum Auctore R. P. fr. Francisco Marcal minorita Provincie Majorice lulliane doctrine professore. 3 : Vita S. Petri de Arbues inquisitoris Hispanie serm. 4 : Relacion de la Imagen de la Imaculada Concepcion, que se halla en la villa de Alcoy del Reyno de Valencia. [165]

Volumen 67

Manuscriptum; non est opus Lulli. Continet fragmentum de proprietatibus arborum et herbarum, cujus auctor ignoratur : continet etiam varia fragmenta Belverij canonici Majoricensis super aliqua Lulli opera. [166]

Volumen 68

Impressum in quarto papireo, caractere moderno, idiomate latino. Non est opus Lulli; continet tractatum de differentia, prout est principium artis Divi magistri Raymundi Lulli. Editus a Magistro Petro Dagui, continet et metaphysicam ejusdem auctoris absolutam Majoricis in monte Randino, impressam vero Hispali opere Stanislai Poloni, et impensis Joannis Montis serrati. Die xx. Junij. m.d. [167]

Volumen 69

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquissimo, idiomate partim latino, partim lemovicensi; continet quatuor libros.

Liber primus.

Fornax Jacobi Oleza Ballearici ad modum dialogi super errores impositos Petro Dagui, itaque non est opus Lulli. [168]

Liber secundus.

Intitulatur : *Deus ad tuum honorem et perpetuum amorem incipit liber de homine*. Prologus incipit : *cum sit decens*. Finitur : *fieri possunt*. Sequitur titulus : *De divisione hujus libri*, et dividitur in tres partes.

Pars prima, *de esse, et vita humana*, et subdividitur in quinque particulas.

Particula prima, *de corpore hominis*, et scinditur in quatuor particulas.

Secunda particula, *de anima hominis*, et secatur in novem questiones generales artis ad animam rationalem applicatas.

Particula tertia, *de questione cum quo homo est homo*, et manet indivisa. Particula quarta *de operationibus naturalibus hominis*, et secatur in novem questiones. Particula quinta et ultima, *de operationibus artificialibus hominis*, et secatur in novem questiones.

Pars secunda, *de morte hominis*, et secatur in duas particulas. Particula prima : *de morte corporali*, subsecatur in quatuor particulas. Particula secunda : *de morte spiritali*; et subsecatur in duas particulas, quarum quilibet in novem scinditur questiones.

Pars 3. *de oratione hominis*, et valet dividi in tres capita. *Factus est iste liber in civitate Majoricarum*, ait author, *mense novembris anno m.c.c.c.* Continet folia 35. [169]

Liber tertius.

Consolatio Eremitae. Vide vol. 50, libro 3. Intitulatur : *Deus altissime et profunde, qui es causa et finis omnium entium perficias istum librum, qui est de efficiente et effectu.* Ejus Prologus incipit : *Parisiis Raymundus, et Averroista.* Finitur : *Raymundiste improbare.* Sequitur titulus : *De divisione hujus libri, et partitur in tres distinctiones* Prima *de decem syllogismis Raymundiste.* Secunda *de decem suppositionibus Raymundiste.* Tertia *de objectionibus et solutionibus earum.* Finitus fuit liber iste *Parisiis mense maij anno m.c.c.c.xj.* Continet folia 6. [170]

Volumen 70

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquo idiomate latino continet 4 libros.

Liber primus.

Metaphysica nova et compendiosa. Vide volumen 48, libro 3. [171]

Liber secundus.

Correlativorum innatorum. Vide volumen 52, libro 2. [172]

Liber tertius.

De quinque predicabilibus, et decem predicamentis. Vide volumine 45, libro 3. [173]

Liber quartus.

Intitulatur : *Deus cum tua sapientia et benedictione incipimus librum de venatione substantie, accidentis et compositi.* Prologus incipit : *quoniam logica est scientia.* Finitur ita : *Sed per intelligere quietativus.* Sequitur titulus : *De divisione hujus libri, et partitur in decem distinctiones.*

Distinctio prima, *de principiis et regulis artis generalis*, et dividitur in duas partes. Distinctio secunda, *de venatione substantie*, et secatur in duas partes. Distinctio tertia, *de venatione quantitatis*, et secatur in duas partes. Distinctio quarta, *de venatione aliorum predicamentorum*, et partitur in 14 partes. Distinctio quinta, *de venatione compositionis corporis*, et manet quinquartita. Distinctio sexta, *De venatione motus*, manet tripartita. Distinctio septima, *de venatione medij inter subjectum, et predicatum*; manet quatripartita. Distinctio octava, *de venatione essentie et esse*; bipartita manet. Distinctio nona, *de applicatione*, et secatur in duas partes, quarum prima continet 15

breves particulas. Secunda pars novem particulas longas, quarum ultima adhuc secatur in septem particulas. Distinctio decima, et ultima *de questionibus*, et manet octo-partita. Quelibet autem pars in aliquas particulas secatur.

Tandem sequitur : *finivit Raymundus istam artem apud Montem Pesulanum in mense februarij anno m.c.c.c.vij.* etc. Totus autem liber continet folia 54. [174]

Volumen 71

In quarto papireo partim impresso caractere moderno, partim manuscripto idiomate latino. Continet quinque libros.

Liber primus.

Est impressus, et intitulatur : *sententia difinitiva in Lulli et Lulliane doctrine favorem.* [175]

Liber secundus.

Impresus. *Privilegia Regis in favorem doctrine Lulliane.* [176]

liber tertius.

Manuscriptus. *Disputatio 5 hominum sapientum.* Vide volumen 58, libro 1. [177]

Liber quartus.

Manuscriptus. *De Trinitate trinissima.* Vide volumen 45, libro 2. [178]

Liber quintus.

Manuscriptus. *Varia fragmenta ex libro de anima rationali desumpta.* [179]

Volumen 72

In quarto papireo partim impresso caractere antiquo, partim manuscripto caractere antiquissimo. Continet logicam parvam in quinque arboribus insertam tam impressam, quam manuscriptum. Vide volumen 43, libro 3. [180]

Volumen 73

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquissimo, idiomate latino. Continet quatuor libros. Primus : *de ordinatione superioris, et inferioris.* Secundus : *de habitudinibus.* Tertius : *Metaphisica.* Quartus : *Ars notativa Lopeti.* Nullus eorum videtur esse Lulli, sed aliquorum Lullistarum. [181]

Volumen 74

Manuscriptum in quarto papireo, caractere moderno, idiomate latino, continet lecturam artis que intitulatur *Brevis practica tabule generalis.* Vide volumen 38, libro 3. [182]

Volumen 75

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquissimo, idiomate latino. Continet 2 libros.

Liber primus.

Intitulatur : *Gloriose Deus amore tui et honore et reverentia incipit liber iste per quem quisque potest discernere, que lex melior, major, clarior ac verior habeatur.* Prologus incipit : *quoniam plerique.* Finitur : *redigi evidenter.*

Divisus liber iste est ut ait auctor in prologo in sex argumenta, quibus evidenter concluditur legem Christianam, et fidem Catholicam esse meliorem, veriore, etc. Sequitur : *Ad Dominum Papam et venerabiles cardinales, omnesque principes ac prelatos admonitio et supplicatio,* et incipit : *Sanctissimus Pater in Christo;* et finitur : *argumentare.* Tandem sequitur : *explevit Raymundus in civitate Majoricarum hunc librum mense februarii anno Incarnationis Jesu Christi.* Deficit anni numerus. Totus autem liber continet sex folia et dimidium pagine. [183]

Liber secundus.

Ars compendiosa inveniendi veritatem. Vide volumen 20, lib. 1. [184]

Volumen 76

Partim impressum partim manuscriptum, caractere antiquissimo, idiomate latino, continet quinque libros.

Liber primus.

Impressus, intitulatur : *Deus cum tua summa perfectione incipit logica brevis nova.* Ejus prologus, seu libri initium incipit : *logica est ars, cum qua;* finitur ita : *subjectum, vel predicatum.* Dividi valet in tres partes juxta tria, que explicantur in hoc libro. Pars prima, *de termino,* manet indivisa. Pars secunda, *de propositione,* secatur in duo capita. Pars tertia, *de argumento,* in undecim capita dividitur. Caput undecimum seu ultimum sic intitulatur : *De conditionibus disputationis.* Totus liber finitur ita : *circa hoc de quo disputant;* et continet sex folia. [185]

Liber secundus.

Manuscriptus : logica parva. Vide volumen 43, libro 3. [186]

Liber tertius.

Impressus in inclita civitate Valentia, una cum duobus sequentibus libris, per Georgium Costilla die 9 decembris 1512. Intitulatur ita : *Deus cum tua gratia et benedictione novum, et compendiosum hoc opus incipimus ubi novam logicam compilamus.* Unde liber iste logica nova communiter appellatur. Ejus prologus incipit : *considerantes veterem.* Finitur ita : *atque tenacius.* Sequitur titulus : *Divisio huius artis,* et dividitur in septem distinctiones.

Distinctio prima, *de arbore naturali, et logicali*; et secatur in 16 capita. Distinctio secunda, *de quinque predicabilibus*, et habet quinque capita. Distinctio tertia, *de decem predicamentis* continet capita novem. Distinctio quinta, *de syllogismo, et de his, que ad eum pertinent*, habet capita 33. Distinctio sexta, *de applicatione*, manet bipartita. Pars prima: *de partibus intrinsecis*, qui in sex particulas secatur. Pars secunda, *de partibus extrinsecis*, in novem particulas scinditur. Distinctio septima, et ultima, *de questionibus*, secatur in duas partes. Pars prima secatur in questionibus quinque distinctionum hujus artis. Pars secunda in questionibus trium distinctionum hujus artis partitur. Iste autem partes 27 capita complectuntur. Sequitur: *finivit Raymundus Lullius hunc librum in civitate Janue in mense mayo Anno m.cccij.* [187]

Liber quartus.

Correlativorum innatorum. Vide volumen 52, libro 2.

[188]

Liber quintus.

De assensu et descensu intellectus. Vide Volumen 17, libro 1.

[189]

Volumen 77

Manuscriptum in quarto pergamineo, caractere antiquo, idiomate lemovicensi, continet librum de Gentili et tribus sapientibus, ut apparet ex processu libri et ejus fine. Titulus autem non apparet in hoc exemplari, quia deficiunt octo folia in principio; ex alio autem exemplari de quo volumine 95, extrahentur que hic deficiunt. Concordant enim hec duo exemplaria in reliquis omnibus, dempto, quod exemplar voluminis 95 est manuscriptum in quarto papireo, caractere eque antiquo, sed idiomate latino.

In volumine ergo 95, ante omnia premittuntur figure quinque arborum. Arbor prima sic inscribitur in radicibus: *Arbor de virtutibus Divinis*. Arbor secunda ita nominatur: *Arbor de Virtutibus increatis et creatis*. Arbor tertia nuncupatur: *Arbor de virtutibus Divinis et de septem vitiis capitalibus*. Arbor quarta dicitur: *Arbor de virtutibus creatis*. Arbor quinta et ultima intitulatur: *Arbor de virtutibus et vitiis*.

Titulus in hoc volumine est aliquantulum longus et incipit: *Deus excellentissime cuius imperium*, etc. Finitur ita: *incipit liber de Gentili et tribus sapientibus super rationibus trium legum*. Sequitur prologus sic incipiens: *cum longi temporis participatione*, etc. Author in principio hujus prologi ait: *quod sequens modum libri arabici de Gentili hunc librum compilare intendit*: ex quo videtur, quod ipse composuerit alium librum dictum *de gentili* in sermone arabico; vel istummet librum jam antea composuerat sermone arabico, et nunc transfert in sermone vernaculo. Hoc ultimum colligo ex hinc hujus voluminis, ubi auctor indicat hunc librum noviter transtulisse.

In eodem prologo ponitur hujus libri divisio in quatuor libros partiales. In quorum prima necessariis rationibus Deum esse et resurrectionem generalem futuram esse demonstratur. In secunda persuasiones sapientis Judei continentur; quibus suam fidem esse meliorem ceteris demonstrare nititur. In tertio adsunt rationes sapientis Christiani quibus fidem suam esse meliorem secta Sarracenorum, et Judeorum necessario demonstratur. In quarto tandem et ultimo continentur rationes sapientis Sarraceni, quibus

suam fidem magis valere, quam legem Judeorum et Christianorum, satagit demonstrare. Quibus verbis finitur totus prologus.

Sequitur titulus : *De tractatibus hujus libri*. Et incipit ita : *Ordinatione divina*. Finitur ita : *intelligere cupiebat*. Sequitur : *Incipit liber primus; et primo de flore bonitatis et magnitudinis*. Liber primus dividitur in quinque capita, juxta quinque arbores supra figuratas. Caput primum secatur in undecim flores prime arboris. Caput secundum in septem flores secunde arboris. Caput tertium in septem flores tertie arboris. Caput quintum et ultimum in septem flores, et incipit : *Cum tres predicti sapientes*. Finitur ita : *per quemlibet sapientium*. Hic notari volo, quod hoc volumen 77 incipit a flore 8 prime arboris, et intitulatur ita : *De granea, ex pater*, hoc est : *de magnitudine et potestate*. Ex quo facile colliges, quid deficiat in hoc exemplari lemovicensi.

Liber secundus partitur in octo articulos, quibus nititur probare sapiens Judeus contra Gentilem, qui contra Judei rationes arguit, et a Judeo solutiones audit. — Liber tertius partitur in 14 articulos, quos sapiens Christianus evidenter demonstrat et Gentilis argumenta evidenter infringit. — Liber quartus et ultimus in duodecim articulos trucidatur, quos sapiens Sarracenus conatur probare, simulque Gentilis objectiones solvere.

Sequitur titulus : *Responsio Gentilis facta tribus sapientibus*. Incipit : *cum gentilis*. Finitur : *non habenti*. Sequitur titulus. *De illustratione Gentilis, et de ejus devotissima oratione*, secundum prime arboris flores : et dividitur in sex partes : Totus autem oratio incipit : *O Divinum infinitum, supremumque bonum*, et finitur ita : *vis serviri*. Sequitur titulus : *De comeatu quod tres sapientes acceperunt a Gentili*. Incipit : *Cum Gentilis*. Finitur : *venientes*. Sequitur titulus : *De verbis, que tres sapientes habuerunt inter se in regressu*. Incipit : *Inquit unus*. Finitur : *que promissit*. Sequitur titulus : *De fine hujus libri*. Incipit : *finitus est liber Gentilis, et trium sapientium*. Finitur autem : *summi Dei*. Totus autem liber continet folia 80.

Hic notari volo, quod in exemplari latino voluminis 95 notarunt aliqui in margine, in principio, et fine libri hunc librum non esse de Gentili et tribus sapientibus, sed debere appellari : *liber rationum in tribus legibus* : quia Lullus libro primo contemplationum distinctione quinta cap. 11 in fine facit mentionem cujusdam libri sub hoc ultimo titulo. Accidit quod ipse Lullius, ut nos diximus, in principio prologi voluminis 95 idiomate latino facit mentionem alterius libri *De gentili* sermone arabico scripti : ergo liber de Gentili alius est ab isto volumine 77 et 95. Tandem quia Pater Custererius in cathalogo operum Lulli ex Bibliotheca D. Nicolai Antonij extracto numero ccxij ponit librum sub titulo : *liber de Gentili et tribus sapientibus* et notat scriptum esse in monte Pessulano 1307 et incipit : *Deus excellentissime, cujus imperium*. Postea cum ccxlij ponit alium Librum sub hoc titulo : *Disputatio trium sapientium*, alias : *de Gentili*, ubi notat ex Waddingo, quod forte est alius ab illo posito num. ccxij quia ponit aliud principium : *cum longo tempore* : atqui liber voluminis 77 et 95 incipit : *Deus excellentissime cujus imperium*, ut nos ipsi notavimus ex volumine 95 : ergo liber de Gentili alius est ab isto posito volumine 77 et 95.

Sed meo videri neutrum istorum obstat : Non primum, quia forte Lullus alium librum composuit, qui appellatur : *liber rationum in tribus legibus*, qui licet sit valde cognatus cum isto *de gentili et tribus sapientibus*; est tamen alius ab isto, et hoc est Lullo valde familiare qui super idem argumentum varios et distinctos libros composuit,

licet valde inter se cognatos. Potest etiam dici quod istum meum librum : *de Gentili, et tribus sapientibus* citat Lullus sub alio titulo : *libri rationum in tribus legibus*, quia ut apparet ex titulo voluminis 95 supra a nobis allegato, liber iste intitulatur : *De Gentili et tribus sapientibus super rationibus trium legum*. Nota hec ultima verba, que sunt valde similia cum titulo allegato a Lullo in libro contemplationum citato.

Nec secundum ob stare videtur; quia ut supra notavi, forte Lullus alium librum composuit dictum *de Gentili* precise in sermone arabica, ad cuius instar postea compilavit hunc librum, quem intitulavit : *De gentili, et tribus sapientibus*, etc., ut ipsemet Lullus innuere videtur in prologo vel melius dicendum, ut etiam supra insinuavi, quod *liber de Gentili* compositus in sermone arabico est idem cum isto voluminis 77 esto translatus in sermone vernaculo, et cum libro voluminis 95 esto translatus sermone latino, quod etiam verosimile videtur, quia Lullus eundem librum variis idiomatibus scripsit, et precipue tribus supramemoratis in quibus fuit peritissimus.

Nec tandem obstat tertium, quia licet noster Waddingus ponat duos distinctos libros unum dictum : *De Gentili, et tribus sapientibus*, cujus initium est : *Deus excellentissime cujus imperium*, alium dictum : *Disputatio trium sapientum*, alias *De Gentili*, non propterea affirmat absolute esse duos distinctos libros, sed dubitative loquitur, ut patet per li* forte. Nec obstant tituli distincti, quibus intitulantur, quia re vera liber : *de Gentili et tribus sapientibus* dici potest, et est disputatio trium sapientum cum Gentili, ut apparet ex toto libri processu; nec minus obstant diverse inceptions, quia inceptio in libro : *de Gentili et tribus sapientibus* desumpta, est ex titulo libri, qui incipit : *Deus excellentissime cujus imperium*, ut apparet in volumine 95, et inceptio in libro dicta : *Disputatio trium sapientum*, alias *de Gentili*, desumpta est ex prologo ejusdem libri *de Gentili, et tribus sapientibus* qui incipit : *cum longi temporis*, ut notavimus supra ex volumine 95, que quidem inceptio est valde cognita cum illa posita ab Waddingo : *cum longo tempore*. Unde libri ab Waddingo notati non sunt distincti, sed idem cum alio, et alio titulo, alia et alia inceptio occasione desumpta ex mox a nobis dictis. [190]

Volumen 78

Impressum in quarto papireo in chalcographia Ascensiana impensis ejus, et Joannis Parvi : Ad idus decembris m.d.x.v.j. idiomate latino. Continet duos libros.

Liber primus.

Intitulatur ita : *Deus in virtute tua incipiunt proverbia Remundi*. Sequitur prologus. Ita incipit : *cum proverbium*. Dividitur autem liber iste, ait auctor in prologo, in tres partes, quarum prima est de proverbiiis que sunt de C. nominibus Dei. Secunda pars est de proverbiiis naturalibus. Tertia pars est de proverbiiis moralibus. Et quamlibet partem in centum rubricas (seu capita, ut habeatur in aliis impressionibus) dividimus : et quamlibet rubricam, seu caput, in viginti proverbia.

His verbis finitur prologus.

Sequitur in fine libri : *Raymundus sua proverbia in civitate Romana finivit ad gloriam*, etc. Continet folia cvij. [191]

* El sentit es poc clar, tal vegada per culpa d'un lapsus calami.

Liber secundus.

Intitulatur : *Deus propter tui amorem incipit arbor phylosophie amoris. Prefatio incipit : Raymundus Parisiis existens. Finitur : Raymundus promiserat. Sequitur titulus : De divisione hujus arboris.* Dividitur autem in septem partes principales.

Pars prima : *de radicibus hujus arboris*, continet octo rubricas. Pars secunda : *de trunco arboris*, secatur in tres rubricas. Pars tertia : *de branchis*, partitur in tres branchas; quorum prima continet 18 rubricas, secunda 17, tertia etiam 17 rubricas continet.

Pars quarta : *de rimis*, continet tres rubricas. Pars quinta : *de foliis*, habet 13 rubricas. Pars sexta : *de floribus*, continet tres rubricas. Pars septima et ultima : *de fructu*, continet 4 rubricas.

Sequitur titulus : *De habitatione hujus Arboris.* Incipit : *Hec Arbor.* Finitur : *et scientie.* Tandem sequitur titulus : *De fine arboris phylosophie amoris.* Sub quo titulo dicitur : *finivit Raymundus hanc arborem juxta civitatem Parisiensem anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi m.c.c.xcvij. mense octobris, etc.* Continet folia 63. [192]

Volumen 79

Impressum in 4 papireo. Tarazona, per Carolum a Lavayen anno 1613. Non est opus Lulli sed generalis methodus, et expositio artis brevis ipsius Lulli interprete D. D. Petro Hyromino Sanchez de Liçarao cathedralis Tarasonensis Decano et canonico. Continet in principio vitam Lulli, sententiam definitivam in favorem Doctrine lulliane, et Regia Privilegia. [193]

Volumen 80

Impressum in quarto Auguste Vindelicorum per Michaellem Manger anno m.d.l.xxxix. Non opus Lulli, sed Valerii de Valeriis Patricii Veneti super artem generalem, et arborem scientie Divi Lulli. [194]

Volumen 81

Impressum in quarto, idiomate latino, non apparet impressor, annus, nec impressionis locus; continet unicum librum intitulatum : *Apostrophe articulorum fidei ad Summum Pontificem*, vel : *Probatio articulorum fidei per necessarias rationes.* Sequitur titulus : *introductio in articulorum fidei probationem.* Incipit : *Aliqui christiani.* Finitur : *libris nostris probamus.* Sequitur titulus : *Deus in veritate tua sperantes, et de tua gratia confidentes intendimus probare articulos fidei, per necessarias rationes.* Quantum ad divisionem hujus libri attinet, apparet divisum in quatuordecim articulos, quorum aliqui in varias rubricas partiuntur; ego vero claritatis gratia cum divisione sequenti eum dictavi scholaribus.

Totum opus in duas distinctiones partivi. Distinctio prima : *De Articulis fidei ad Deitatem pertinentibus.* Hanc distinctionem in septem articulos secavi. Articulus primus : *Datur unus Deus omnipotens.* Hunc articulum in sex subarticulos subdivisi. Subarticulus 1 : *Datur ens summe bonum.* Subart. 2 : *Datur ens infinite magnum.* Subart. 3 : *Datur ens eternum.* Subart. 4 : *Datur ens infinitum in potestate.* Subart. 5 : *Datur ens*

summum in virtute. Subart. 6 et ultimus : Datur tantum unus Deus. Articuli secundus, tertius et quartus : Deus est Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Sub eodem titulo tres dictos fidei Articulos proposui; eo quia relativa sunt simul natura, et cognitione, quas postea per subarticulos expressi. Subart. 1 : In Deo datur personarum pluralitas. Subart. 2 : Una Persona produciens dicitur Pater alia producta Filius. Subart. 3 : In Deo datur tertia persona. Subart. 4 : Persona procedens a Patre, et Filio dicitur Spiritus Sanctus. Subart. 5 et ultimus : In Divinis sunt tantum tres Persone. Articulus quintus : Deus est mundi creator. Articulus sextus : Deus est Salvator, seu Recreator. Subart. 1 : Primi parentes peccarunt. Subart. 2 : Peccatum primorum parentum est generale omnibus hominibus corporaliter. Subart. 3 : Peccatum primorum parentum est generale omnibus hominibus spiritualiter. Subart. 4 et ult : Datur Recreatio. Articulus septimus et ultimus : Deus est glorificator.

Distinctio secunda de fidei misteriis ad humanitatem spectantibus. Articulus 1 : Christus ut homo concipi debuit Spiritus Sancti virtute. Subart. 1 : Deus incarnari debuit. Subart. 2 : Filius Dei debuit incarnari. Subart. 3 : Filii Dei conceptio debuit fieri per Spiritum Sanctum. Articulus 2 : Christus ut homo debuit nasci ex virgine. Articulus tertius : Christus ut homo debuit mori. Articulus 4 : Anima Christi debuit ad inferos descendere. Articulus 5 : Christus ut homo debuit a mortuis resurgere. Articulus 6 : Christus ut homo ascendit ad celos subart. unicus. Sex articuli ad humanitatem pertinentes sunt jam facti. Articulus 7 : et ultimus : Dominus noster Jesus Christus debet judicare vivos et mortuos. Subart. 1 : hominum generatio finem habebit. Subart. 2 : omnes homines resurgere debent cum corporibus suis. Subart. 3 et ultimus : Dominus Deus Jesus Christus debet omnes homines judicare.

Sequitur titulus : *De fine hujus tractatus.*

Incipit : *Tractatum istum.* Finitur : *Omnibus declarare.* Sequitur titulus : *exhortabo.* Incipit : *Propter quod.* Finitur : *fortiora.* Tandem sequitur : *factus fuit iste tractatus Rome anno Domini m.c.c.x.c.v.j et completus ibidem in vigilia Beati Joannis Baptistae, etc.* Totus liber continet folia 32. [195]

Volumen 82

Impressum in quarto, caractere nitidissimo, idiomate latino, anno m.cccclxxxv. die xiv. februarii. Ubi autem et per quam impressum sit non apparet. Continet artem brevem. De qua volum. 52, libro 4. [196]

Volumen 83

Impressum Palme Balearium Typis Gabrielis Guasp. m.dc.iiij. Continet latino sermone sententiam definitivam in favorem Lulliane doctrine, simulque privilegia Regia. Continet etiam hispano sermone cationem in Divi Lulli laudem, impressum Majoricis per Gabrielem Guasp. Anno 1605. Ejus author est Nicolaus de Mellinas civis Majoricensis. [197]

Volumen 84

Impressum in quarto Hispali impensis fr. Martini Almodovar militis Calatravensis Per Pacelum de Colonia et sociorum ejus Alemanorum die 12 martij 1492 idiomate

latino. Continet librum de conceptu virginali. Ejus titulus est aliquantulum longus, et incipit: *Jesu Christe gloriose*. Finitur ita: *disputationem incipiat secularis, et Jacobite*. Sequitur titulus *De Prologo*. Incipit: *contigit quod sedens*. Prologus autem ita finitur: *Ecclesie sacro-sancte*.

Ante partem primam premittitur titulus iste: *De conditione canoniste*. Incipit: *cum secularis*. Finitur: *retinere*. Sequitur titulus: *De prima parte in qua disputatur: utrum peccatum originale sit substantia, vel accidens*. Secunda Pars de conditionibus. Partitur in sex rubricas. Pars tertia: *De possibilitate conceptus immaculati per methaphoras*. Secatur in quatuor capita, seu rubricas. Pars quarta: *De necessitate conceptus immaculati*; scinditur in 18 rubricas juxta numerum rationum necessario probantium. Pars quinta, et ultima: *De rationum solutionibus partis adverse*, et manet in tres rubricas partita.

Sequitur titulus: *De reductione canoniste*. Incipit: *cum vero*. Finitur: *finivit*. Sequitur titulus: *Cedula Jacobite*. Incipit: *Secularis autem*. Finitur: *adorarunt*. Sequitur titulus: *De oratione canoniste et secularis*. Incipit: *Deus magne*. Finitur: *qui vivis et regnas*, etc.

Tandem sequitur totius disputationis conclusio et incipit: *canonista vera*. Finitur: *recessit*. Totus autem liber continet folia 27. [198]

Volumen 85

Manuscriptum in quarto papireo, caractere moderno, idiomate lemovicensi, continet tres libros.

Liber primus.

De mirabilibus orbis, vel De miraculis celi et mundi. Vulgo dicita *Feliz*, latine *Felix*. Sequitur titulus: *Prolech de est llibre*. Incipit: *en tristitia, y en languiment*. Finitur: *reverencia y honor*. Partitur liber in decem partes, ut ait auctor in prologo.

Pars prima de Deo continet 12 capita; secunda, de angelis 4 capita; tertia, de celo 2 capita; quarta, de elementis 11 capita; quinta, de planetis, 3 capita; sexta, de metallis, 4c apita; septima, de bestiis 7 capita; octava, de homine, 77 capita; nona, de paradiso, 3 capita; decima, de inferno, 3 capita.

Sequitur titulus: *De la fi del llibre*. Incipit: *Segons que es recontat*. Finitur: *ab molt gran honor*. Sequitur titulus: *Del segon Feliz*. Incipit: *Amant Feliz*. Finitur: *e que agues nom Feliz*. Totus liber continet folia 243. [199]

Liber secundus.

Non est opus Lulli, sed expositio cujusdam devotissimi et doctissimi Lulliste, super librum Divi Lulli de amico et amato. [200]

Liber tertius.

Est quoddam fragmentum libri quarti contemplationum in Deum incipiendo a distinctione 37 in qua agitur de decem mandatis Decalogi a capite 255 usque ad 264 inclusive. Distinct. 38 de predestinatione a capite 265, usque ad 268. Unde in hoc exemplari deficit principium libri 4 contemplationum, qui incipit a distinctione 33 in

qua agitur de arbore essendi necessitatis, et privationis, a cap. 227 usque ad 229 inclusive. Deficit etiam distinct. 34 in qua agitur de arbore sensualitatis, et intellectualitatis a capite 230 usque ad 233. Deficit distinct. 35. De arbore qualitatum, et earum significatis, a cap. 234 usque ad 237. Deficit tandem distinct. 36 tractatus de fide, et ratione in arbore crucis figuratis a cap. 238 usque ad 254. Vide volumen 53 et 54 ibi citata.

[201]

Volumen 86

Impressum in quarto, idiomate latino, Lugduni, opera Gilberti de Villiers. Impressis Guillelmi Huyon et Constantini Fradin. Anno mdxviii. nonas maij continet arborem scientie. Vide volumen 2.

[202]

Volumen 87

Nescio an sit manuscriptum, an impressum quia non estat in Bibliotheca, si compareat ea notabo. In indice autem librorum hujus bibliothecae intitulatur: *Questiones dubitabiles super quatuor libros sententiarum*. De quo volumine sequenti libro secundo.

[203]

Volumen 88

Impressum in quarto, idiomate latino, Venetiis per Joannem Tacuinum de Tridino. anno mdvij. mense julij; continet tres libros.

Liber primus.

Proverbia. Vide volumen 78, libro primo.

[204]

Liber secundus.

Intitulatur ita: *Deus, qui es summus in omnibus bonis ad tuam laudem et honorem incipit disputatio eremite et Raymundi super aliquibus dubiis questionibus sententiarum Magistri Petri Lombardi*. Incipit prologus. *Raymundus Parisiis studens*. Finitur: *submitto*. Totus opus dividitur in quatuor libros, juxta divisionem libri sententiarum Petri Lombardi.

Hec impressio est valde mendosa, sicut et alia facta Lugduni, die 4 decembris 1492 per N. (desideratur nomen).

In hoc autem differunt he due impressiones quod venetiana, de qua hic loquimur, enumerat questiones seu capitula ordine continuo quatuor librorum, sicut in antiquis manuscriptis observatur: unde in toto opere extant 140 questiones seu capitula; at autem Lugdunensis in singulis libris enumerat questiones hoc est: in primo libro 36, in secundo 56, in tertio 29, in quarto 19.

Finivit Raymundus hanc disputationem Parisiis: anno 1298 in octava assumptionis. Continet folia lxxv.

[205]

Liber tertius.

Quest. Magist. Thome Attrebatensis. Vide volum. 45, libr. 12.

[206]

Volumen 89

Est aliud exemplar voluminis precedentis. Sed amplius continet librum : De conceptu Virginali, ejusdem impressionis, de qua locuti sumus volumine 84. [207]

Volumen 90

Impressum in quarto, idiomate latino, Palme Balearium Typis Raphaelis Moya, et Thomas. Anno m.dclxix. continet Artem brevem scholiatam a Patre Francisco Marçal minorita Provincie Majoricensis. Continet etiam metamorphosim logicam seu novam syllogizandi modum. Continet etiam epistolas familiares inter Patrem Marçal et Franciscum Malaval sacerdotem Masiliensem doctrine Lulliane studiosissimum. [208]

Volumen 91

Impressum in quarto, idiomate latino, Palme Balearium typis heredum Gabrielis Guasp. Anno m.dclxxxv. continet artem generalem ultimam, cui preficitur archielogium vite, martirij, et doctrine D. Raymundi Lulli per fratrem Bonaventuram Armengual minoritam Majoricensem compactum. [209]

Volumen 92

Impressum in quarto, idiomate partim latino, partim hispano, Palme Balearium Typis Petri Frau m.dclxxxij. continet summum Lullianum seu resolutiones questionum B. Lulli super 4 libros sententiarum auctore fr. Francisco Marçal minorita Provincie Majoricarum. Premittitur Breve memorial de el fervoroso deseo, que el Bienaventurado Martir Raymundo tuvo al Martirio, etc., auctore eodem Marçal. [210]

Volumen 93

Impressum in quarto, idiomate latino, Argentorati sumptibus Heredum Lazari Jetzneri m.dcxvij continet plures libros, tum Lulli tum interpretum ejus.

Liber 1.

Ars Brevis. Vide vol. 52. lib. 4. [211]

Liber 2.

De auditu Kabbalístico, sive ad omnes scientias introductorium. Sequitur : *Proemium.* Incipit : *Quoniam quidem.* Finitur : *vocari debet.* Partitur autem, ait author in proemio, in tres tractatus.

In primo declarantur partes subjecti adequati, et que ei maxime attribuuntur. Hic tractatus dividitur in tres partes, quarum prima est *alphabeti*, et continet quinque capita. Pars secunda *de quidditatibus partim subjecti* et habet duo capita. Pars tertia *de regulis necessariis*, et complectitur duo capita.

Tractatus secundus : *de fine quesito in hac sapientia*, et continet quinque capita.

Tractatus tertius et ultimus : *de medio ad finem quesitum in hac sapientia*. Continet capita 7. Totum autem opus finitur his verbis : *brevitatis gratia relinquo*, etc., et continet folia 34. [212]

Liber 3.

Duodecim principia Phylosophie, alias liber lamentationis phylosophie. Vide volumen 48, lib. 2. [213]

Liber 4.

Logica brevis nova. Vide volumen 76, lib. 1. [214]

Liber 5.

De venatione medij inter subjectum, et predicatum. Libellus iste non est preculare opus Lulli sed quoddam fragmentum distinctionis septime libri intitolati : *De venatione substantie accidentis, et compositi*. De quo volum. 70, lib. 4. [215]

Liber 6.

Intitulatur : *Deus cum tua altissima sapientia, charitate et virtute incipit de conversione subjecti, et predicati per medium tractatus*. Prologus incipit : *Quoniam opinionones : Dividitur autem*, ut habetur ibidem, *in decem distinctiones, que sunt thec* : ordinatio, Deus, angelus, celum, homo, imaginativa, sensitiva, vegetativa, elementativa, instrumentativa; omnes iste distinctiones indivise manent. Totus tractatus finitur his verbis : *ad alias scientias*.

Finivit Raymundus istum librum Parisiis mense julio m.cccx., et continet folia 7, [216]

Liber 7.

Ars Rethorica, sive Isagage *in Rethoricam*. Vide volum. 48, lib. 1. [217]

Liber 8.

Ars generalis ultima. Vide vol. 14, et 15. [218]

Liber 9.

Non est opus Lulli sed Jordan. Brun. Nol., De Lulliano specierum scrutinio. [219]

Liber 10.

Ejusdem. De lampade combinatoria Lulliana. [220]

Liber 11.

Ejusdem. De progressu logice venationis. [221]

Liber 12.

Ejusdem. De lampade venatoria logicorum. [222]

Liber 13.

Articuli fidei sacrosancte, vel Apostrophe articulorum fidei ad summum Pontificem. Vide volum. 81, lib. 1. [223]

Liber 14.

Non est Lulli, sed Valerij de Valeriis Patricij Veneti super art. general. et arbor. scientie. [224]

Volumen 94

Impressum in quarto, caractere antiquo, idiomate latino, non apparet annus, locus, nec auctor impressionis, forte quia deficit primum, et ultimum folium. Continet artem generalem ultimam. Vide volum 14 et 15. [225]

Volumen 95

Manuscriptum in quarto, etc. Vide omnia volum. 77. et enim liber : De Gentili et 3 sapientibus. [226]

Volumen 96

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquo idiomate latino; continet tres libros.

Liber 1.

Introductorium artis demonstrative. Huic libro premittitur singulorum capitulum tabula per hec verba : *Nunc autem ad tractandum de proposito negotio accedamus; sed ut facilius que dicenda sunt inveniri possint, titulos, quibus singulorum capita distinguuntur, primo premittamus.* Postea sequitur tabula 40 capitulorum, hoc ordine : Cap. 1. *De necessitate, fine, et utilitate hujus artis.* Cap. 2. *De his que oportet facere aut scire accedentibus ad hanc artem.* Cap. 3. *Quomodo hec ars dicitur demonstrativa.* Cap. 4, etc. Caput primum incipit : *Introductoria artis.*

Caput ultimum finitur : *Patris omnipotentis. Amen.* Totus liber continet folia 42. [227]

Liber 2.

Lectura compendiosa super artem inveniendi veritatem. Vide vol. 21, lib. 3. [228]

Liber 3.

Ars compendiosa inveniendi veritatem. Vide volum. 21, lib. 1. [229]

Volumen 97

Manuscriptum, caractere antiquo, in octo pergamineo, idiomate latino; continet duos libros.

Liber 1.

Brevis practica Tabule Generalis. Vide volum. 38, lib. 2. [230]

Liber 2.

Ars infusa. Vide volum. 45, lib. 13. [231]

Volumen 98

Manuscriptum in octavo pergamineo, caractere antiquo, idiomate lemovicensi, appellatur : *Liber de Sancta Maria*, et omnino idem cum libro : *De Laudibus Beate virginis Marie*; aliter : *Ars intentionum*. De quo volum. 28, lib. 1. [232]

Volumen 99

Manuscriptum in octo papireo, caractere moderno, idiomate lemovicensi. Continet quatuor libros.

Liber 1.

De prima et secunda intentione ad Filium. Concordat enim cum exemplari latino, de quo volum. 17, lib. 9. [233]

Liber 2.

Cur Deus precepit Adamo ne comederet fructum etc. Vide volum. 1, lib. 10. [234]

Liber 3.

Consolatio eremite, seu eremitarum. De quo volum. 50, lib. 3. [235]

Liber 4.

Probatio aliquorum fidei articulorum. De quo volum. 1, libro 11. [236]

Volumen 100

Est aliud exemplar voluminis 99, sed deficit liber quartus. [237]

Volumen 101

In octo papireo, continet quatuor libros, quorum duo primi sunt impressi Majoricis per Gabrielem Guasp. m.dcvj. idiomate hispano. Alii duo manuscripta caractere moderno, idiomate lemovicensi.

Liber 1.

Non ex opus Lulli, sed ejus vita, auctore Joanne Segui, canonico Majoricensi. Dirigitur ad Filipum secundum Hispaniarum regem. [238]

Liber 2.

Desconsuelo del admirable Doctor y Martir Ramon Lull compuesto en verso lemosi por el mismo Martir, y traducido en lengua castellana por Nicolas de Pax, cavallero mallorquin. Vide volum. 1, lib. 4 : Desolatio Raymundi Lulli. [239]

Liber 3.

Intitulatur : *Deus honorat, glorios, senor nostre, ab gracia é benedictio vostre comensam aquest llibre, que es : Dels comensaments de doctrina pueril*. Sequitur titulus:

Del prolech. Incipit : *Deus excellent.* Finitur : *bons nudriments.* Totus liber continet capitula 105. Capitulum primum intitulatur : *Dels dotse Articles de la fe.* Capitulum vero ultimum : *De Paradis,* et finitur his verbis : *Deu glorios.* Sequitur totius libri conclusio. Incipit : *Acabat es lo libre.* Finitur : *Jesu Christ.* Totus liber occupat folia 158. [240]

Liber 4.

Arbor phylosophie amoris. Vide volum. 78, lib. 2. [241]

Volumen 102

Manuscriptum caractere antiquissimo, in octo papireo, idiomate latino, continet duos libros.

Liber 1.

Proverbiorum Lulli. Vide volum. 78, lib. 1. [242]

Liber 2.

Apostrophe ad summum Pontificem. Vide volum. 81, lib. 1. [243]

Volumen 103

Manuscriptum in octo, partim pergamineo, partim papireo, caractere antiquissimo, idiomate latino, continet tabulam generalem ad omnes scientias. Vide volum. 6, libro 2. [244]

Volumen 104

Non est opus Lulli nec ad eum ullatenus pertinet. Vocatur : *exercitatum sancte crucis,* a quodam Minorita Majoricensi lingua vernacula compositus in monte Randino. [245]

Volumen 105

Impressum in octavo, Palme Balearium, Typis Raphaelis Moya, 1665, idiomate latino, cura collegarum Beate Marie sapientie Lullianam Doctrinam profitentium. Continet librum *de fine.* Vide volum. 45, lib. 18. [246]

Volumen 106

Impressum in octo, Majoricis per Gabrielem Guasp 1584 idiomate latino : Compendium Belverij Lulliste celeberrimi Majoricensis canonici super logicam brevem Divi Lulli. [247]

Volumen 107

Manuscriptum in octavo papireo, caractere moderno, idiomate latino. Ars brevis. Vide volum. 52, lib. 4. [248]

Volumen 108

Manuscriptum in octavo papireo, caractere antiquo, idiomate latino, continet unum librum, qui intitulatur : *Deus, qui origo rerum omnium existis et es, propter te amare, intelligere et recolere, cum tua benedictione incipit hec ars brevis, que est de predicatione*. Prologus incipit : *cum ars magna predicationis*. Finitur : *declarari*. Sequitur titulus : *De Divisione libri* : *Dividitur iste liber in quinque distinctiones*, ait author, *que sunt alphabetum, figura, definitiones, mixtio, applicatio*. Finivit Raymundus hunc librum in civitate Majoricarum anno m.cccxij mense februarij, et continet folia 18. [249]

Volumen 109

Manuscriptum in octo partim papireo, partim pergamineo; caractere antiquissimo, idiomate latino; continet duos libros.

Liber 1.

Ars brevis. Vide volum. 52, lib. 4. [250]

Liber 2.

Logica nova. vide volum. 76, lib. 3. [251]

Volumen 110

Impressum in octo, idiomate Gallico. Non est opus Lulli, sed ut ibi dicitur : *De M. Jean Belot cure de Mil-monts*, qui curat lullistam videri, an autem hoc assequatur, videant qui legerint. Locus, annus, et impressionis nomen habetur ibidem ita : *A Rouen chez Jaquez Cailloie, dans la court du Palais m.dcxlvij*. [252]

Volumen 111

Impressum, in octavo, Bruxellis aput Balthazarem Vivien, anno 1664, idiomate latino ex una parte folii; et hispano ex alia parte folii continet librum de conceptu virginali. Vide volum. 84. [253]

Volumen 112

Est aliud exemplar volum. 111. [254]

Volumen 113

Impressum in octavo Bruxellis, sumptibus Balthazaris Vivien, sub signo boni pastoris 1666. Non est opus Lulli, sed propugnatio terminorum et doctrine illius circa misterium sanctissime Trinitatis. Authore D. Ildephonso de Zepeda, etc. [255]

Volumen 114

Aliud exemplar volum. 113. [256]

Volumen 115

Impressum in octavo Barchinone per Petrum Posa, mccccxxxviii, idiomate latino. Continet quinque tractatus inter quos adest ars brevis, de qua volum. 52, lib. 4. Alii quatuor tractatus sunt Lullistarum. Primus intitulatur : Janua artis Mag. Raymundi Lulli, editus a Domino Petro Degui ville Montis-albi presbytero. Secundus vocatur : opus Divinum continens metaphysicam, physicam, logicam, et plurificabilem distinctionem ab eodem auctore compilatus. Tertius dicitur : Tractatus formalitatum brevis, auctore eodem. Quartus, et ultimus nominatur : nature ordo studentium pauperum, auctore Mag. Jacobo Janer monacho Cisterciensi. [257]

Volumen 116

Impressum in quarto, Majoricis apud viduam Guasp 1688, latino sermone. Continet tres libros.

Liber 1.

Intitulatur Breve ac compendiosum descriptum, nativitatem, vitam, martirium, etc., Lulli complectens, auctore D. Petro Bennazer canonico Majoricensi. [258]

Liber 2.

Apostrophe articulo fidei ad summum Pontificem. Vide volum. 81, lib. 1.

Liber 3.

Non est opus Lulli sed explicatio 24 textuum Apostrophes illius : auctore Antonio Riera Lulliani collegij Beate Marie sapientie rectore et doctore. [260]

Volumen 117

Manuscriptum in quarto papireo, caractere antiquissimo, idiomate latino; continet questiones dubitabiles super quatuor libros sententiarum. Vide volum. 88, lib. 2. [261]

Volumen 118

Impressum in folio : continet memoriale Patris Riera pro Lullo, de quo volum. 33. Continet etiam interrogatorum super vitam et facta venerabilis Patris fr. Raphaelis Serre et tandem decreta realia pro reformatione universitatis Illerdensis in visitatione anni 1613. [262]

Volumen 119

Impressum in quarto, Colonia Agrippine apud Joan Birckmann. anno m.clxvij., latino sermone; intitulatur : *Testamentum Lulli* et continet varia opuscula ad artem Chemicam spectantia; falso tamen Lullo attributa, ut satis constat ex variis ejus operibus, in quibus artem chemicam evidentissime impugnat. [263]

Volumen 120

Est aliud exemplar volum. 11.

[264]

Volumen 121

Manuscriptum in folio partim papireo, partim pergamineo, caractere antiquo, idiomate latino. Continet tertium librum contemplationum in Deum. Vide vol. 53.

[265]

Volumen 122

Manuscriptum in folio majori pergamineo, caractere antiquo, idiomate lemovicensi. Continet duos libros contemplationum in Deum. Vide vol. 53.

[266]

Volumen 123

Impressum in quarto Lugduni ex officina Joannis Pillehotte sumptibus Joan. Ca. fin et Francisci Paignard, sub signo nominis Jesu m.dccxxvii, idiomate latino. Continet duos libros.

Liber 1.

Arbor scientie. Vide volum. 2.

[267]

Liber 2.

Introductorium artis magne cujus proemium incipit : *quoniam omnis*. Finitur : *sequenti apparet*. Sequitur titulus iste : *Principia transcendentia*. Totum autem opus valet dividi in quadraginta titulos, seu rubricas. Titulus ultimus sic inscribitur : *De Rethorica*. Incipit : *Ordo, et pulchritudo*. Finitur : *pronuntiatio*. Sequitur totius operis conclusio, et incipit : *cum generalis*. Finitur : *practice vero opus*. Totus liber continet octo folia, et integram paginam.

[268]

Volumen 124 et ultimum

Impressum in quarto Majoricis apud Michaellem Capo 1700, idiomate hispano. Non est opus Lulli, sed intitulatur : *Disertaciones historicas del Beato Raymundo Lullio Doctor illuminado y martir, con un apendice de sa vida*.

[269]

Testor, e fide facio ego qui infra, quod revisis omnibus in prefata Bibliotheca asservatis voluminibus fideliter presens consonat index; die 4.^o junii anno 1715.

Fr. Raphael Barcelo.

ADVERTIMENT. — Noti's que, per un descuit involuntari, es deixà de posar número al volumen 19 (pàg. 173); el llegidor podria posar-hi el 45 bis.